 A żeby też Jemu X. Kokwieskiemu Archidyakonowi y Officya-
 towi Sandomierskiemu y temu Który będzie z ordynacyi Jemu X.
 ad premissa naznaczoney z tej przyczyny niezdala się iaka tru-
 dności w wybieraniu Czynnstwa, iż wielu miast, miasteczek y
 wsi iako w zapisie continetur Universitates Iudow obligo-
 waly się ten Czynnstw płacić, przeto naznaczą dwu specialiter
 miast Żydow Starzych y pospolstwo Universitates cum suis y

nagogis to jest Sandomirskich y Opatowskich aby Czynsze pominięte
zawsze płaćli, odwozili y do rąk przeczonego Jmci albo Komu
z ordynacy Jemci wiecznie należeć będzie za Kwitem w Grodzie
Sandomirskim zeznanym Czynsowe pominięte pieniądze monety do
brą na ten czas w Królestwie idąc zupełnie odligali y oddawali;
in casu także non solutionis Czynsu porwy tak z Grodu iako y
z Duchownego Urzędu Sandomirskiego, nieprzyzywając dalszych
y odleglejszych Uniwersitates Żydow w Miastach, miasteczkach,
wsiach iako w Zapisie continetur specyfikowanych, w Sandomi-
ru y w Opatowie Żydom potężne tak ważne być powinny, i-
koby wśhytkich Miast, miasteczek, wsi Żydow w Zapisie okry-
sionych przyzywano, y tak iedno zgromadzenie Żydowskie kto-
regokolwiek Miasta, miasteczka, a mianowicie Sandomierza y Opato-
wa diuisim et in solidum iako y wśhytkich Miast, miasteczek Ży-
dow w Zapisie opisanych ma ta solutio Czynsu coniunctim af-
ficere. A że Czynsu albo Wyderkaffu Koscielnego jest natura
taka, aby kto go za Summę iaką Kapitalną Kupi, dominium
et libertatem do podziurignia, odebrania y dyspozycy teyże
Summy Kapitalney niemiast, do tegoż się y Jm X. Kokwirski
Archidyakon y Officyat Sandomirski stosuje prawa y z swę-
mi ex ordinatione Successorami, oprocz gdyby się Żydom w
Polsce na iaką ostatnią zuboż albo znaczną wpaćkę za-
nosiło, tedy w ten czas wolno będzie Jemci X. Kokwirskiy-
mu pominiętemu albo Successorowi z ordynacy Jemci na to
naznaczonemu Summę Principalną Czternastu Tysięcy złotych
Polskich we ztoćie odebrać y podziurignąć od wśhytkich Ży-

Zydow cum Uniuersitatibus ipsorum et Synagogis, a mianowicie
 Opatowska y Sandomirska Uniuersitas Zydow do zupełnego odela-
 nia tych piędzidy będą należec y powinni za pierwszym obwieście-
 niem pomianonego Smu X. Kokwskiego albo z ordinarię Successora
 Jedmu; w czym niżej wbsy podpisani Zydzi swoimi y wbskich Miast
 miasteczek, wsi w Inskrypcy opisanych dosyc czynic obligowali
 się y tę Kontraktu clausulam in toto acceptowali. Ktore to wbs-
 kkie punkta wyżej opisane ab vbriny Strony obiedwie strymać so-
 bie przyobiecaly, specialiter Zydzi niżej podpisani, ktorych prawię
 in toto tę Kontrakt affiat, a to pod przepadkiem zaktadu Sum-
 my takieyże Czynnastu Tyżicy złotych Polskich. Na co dla
 lepszey wiary pod tymże Kontraktem podpisują się y on Akta-
 mi Rodu Sandomirskiego exaunt roborują. Datum w Sandomi-
 ru Anno die vt supra. Sebastianus Kokwinski Archidiaconus
 et Officialis Sandominien Locus  Sigilli. Nomina vero et
 cognomina Seniorum Iudaorum in Contractu prefato subscripta hebraicè
 continenb in eodem originali Contractu, hic vero latine describuntur.
 Joachimus Wolfowicz Filius Benjamin. Marcus Filius Moyse. Moy-
 ses Jacobus Guda Lewek de Schydtow. Isaschar Bercoro de Checi-
 ny. Vr Praga Jaibus Filius Lewkonis de Wodzistaw. Juda Lewkus
 Pregier de Linczow. Jacobus Nosen de Otkus. Hirs de Stobnica.
 Lazarus Filius Samuelowicz de Wisnicz. A tergo vero Contractus
 huiusmodi descriptum est taliter. Actum in Castro Sandominensi feria
 Sexta post festum Conceptionis Beatissimæ Virginis Mariæ proxima
 Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Quarto. Ad per-
 sonalem oblationem Adm Reuerendi Pauli Ztomanski ViceCusto-

dis Capitularis Pandominen' in Acta presentia Castren' Capitanz Pan-
dominen' introcontentus Contractus susceptus et inductus.

Relatio intromissionis in Bona Sadowie et Ruszkow facta sequitur huiusmodi. Ad

officiū et Acta presentia Castren' Capitanz Pandominen', personaliter
veniens Ministerialis Regni Inalis Frowidus Gregorius Okun de Zabno

Officio presentia bene notus, publicè liberèq' in vim sua fidelis relationis
recognovit. Quia ipse unā cum Nobilibus Iacobo Samborski et Stepha-

no Swierzkowski seum personaliter coram Officio presentia comparen-
tibus sibi pro meliori testimonio adhibitis die hesternā actum hunc im-

mediatē praecedente ad Bona Villarum Sadowie et Ruszkow Inos Michaelis
etis à Stradomie Stradomski hereditaria Curia et Prædium ibidem

seorsim unā cum dictis Nobilibus personaliter condescendebat, in ea-
dem Bona Villarum Sadowie et Ruszkow Curiam et Prædium ibi-

dem sit, omnesq' eorundem Bonorū attinentias et pertinentias Per
brem et Adm' Andum Sebastianum Kokwinski Archidiaconū et Of-

ficiāle Pandominen', eiusq' Successores Testamento ultima voluntatis
sua seu ordinatione assignat ac nominandos ex officio eiusdem

requisitione vigore Inscriptionis Castren' Capitanz Pandominen' eide
Per Illm' Archidiacono et Officiali Pandominen' per eundem Insum

Michaelē à Stradomie Stradomski super summam sex millium flo-
ren' Polon' Capitaletm unā cum solutione ab eadē Censu annui

ducentorum viginti floren' Polon' pro quolibet festo S. Michaelis
Archangeli in vim redemptionis als na wyderkauff facti et recogniti, et

in praedictis Bonis Villarum Sadowie et Ruszkow Curysq' et Prædijs
ac eorundem omnibus attinentijs de facto assecurati; prout eadē In-

Scriptio fuis in se praemissa omnia continet, intromisit, inuestiuit, ac Bona praenominata praefato Per Illi^o et Adm^o L^o Archidiacono et Officiali Sandominien^o in realem possessionem tradidit, obedientiam subditis praestandam iniunxit, nemine eandem Intromissionem denegante, imo Factore Bonorum eorundem nomine praefati Domini sui ubiq^{ue} dante et admittente. De quo idem Ministerialis hanc suam ad Acta praesentia fecit relationem, Nobilibus praefatis et palam ei in toto attestantibus. Actum in Castro Sandominien^o Sabbatho ipso die festi

S. Francisci Confessoris; Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo quarto. Locus ¶ sigilli. Correxat Lutostarski

Relatio alterius Intromissionis factae in Bona Iudaeorum sequitur

hmoi. Ad officium et Acta praesentia Castren^o Capitan^o Sandomiy personaliter veniens Ministerialis Regni Generalis Prouidus Gregorius Okun de Zabno, officio praesenti bene notus una cum Nobilibus Sebastiano Bogdanowicz et Joanne Paszkowski secum personaliter comparere et sibi in meliori testimonio adhiberi, in vim suae fidelis relationis publice liberiq^{ue} recognouit. Quia ipse cum dictis Nobilibus Genes Quinta Sexta et Sabbatho post festum Sancto^{rum} Trinum Regum proxime praeteritis proximis Per Illrem et Adm^o Andum Sebastianum Kokwinski Iuris utriusq^{ue} Doctorem, Archidiaconu^m et Offlem Sandominien^o, Parochum in Osiek, vigore Inscriptionis Castren^o Capitan^o Sandominien^o receptionalis eidem Per Illri Archidiacono Sandominien^o et eius Successorib^{us} Testamento ultima voluntatis suae, seu alia dispositione vel ordinatione ipsius declarandis et nominandis pro tempore existen^o per Infideles Jo-

achimum Wolfowicz Sandominen', Marum Moyzsbowicz Oppatowien', Le-
wek Markowicz Sydlowien', Jacobum Jozefowicz Chyneren', Jacobus Lew-
kowicz Wodzistawien', Lewek Morawski Lingowien', Jacobum Jozefowicz
Ilkussien', Jeleni Boruchowicz Stobnicen', Jacobum Samuelowicz Wijn-
uicn' Synagogarum Judaicarum Seniores suis et omnium Communitatum
Judaicarum in praefatis Civitatibus tum et in alijs Oppidis, Villis in
Inscriptione specificat et non specificat ad Senioratus eosdem eorum
prout ad cuiuslibet Senioratum spectat seu ad Synagogas eorum spe-
ctant, Jurisdictioniq' Seniorum subiectarum super summam Censuram annui
per florenos Septuaginta a Mille floren' Polon' computant, a summa
vero Quatuordecim Millium floren' pecunias Polon' Capitali, ita ut
Census annuus efficiet summam Noningentorum Octuaginta floren'
Polon' facti et recogniti, et in Bonis suis generaliter omnibus Fundis,
arvis, lapideis, domibus, Synagogis, agris, mercibus, mercimonijs ac
summis quibusvis pecunijs habit et habent inscripti et assecurati
prout eadem Inscriptio Reemptionalis praemissa fusius suo in te-
nore obloquitur, in Bona eorum atq' Communitatum omnium gene-
raliter omnia et singula cuiusq' Seniorum Lapideas, Domus ac
Synagogas adeundo intromisit, inuestiuit et in pacificam possessionem
tradidit, nemine eandem intromissionem seu intromissiones denegans,
immo ipsismet Gfatis Senioribus, Gfatis Judais recognoscens tam in
Bona sua quam omnium Communitatu' ad Synagogas suas spectans,
in Civitatibus, Oppidis, et Villis degen', Jurisdictionibusq' Synago-
garum subiectarum liberè et benevole admittent et facultate sua
Seniorali concedent. De quo haec eius relatio Nobilibus Gfatis idipse

palam attestantibus. Actum in Castro Sandominen' feria Tertia
post Dominicam Reminiscere Quadragesimalem proxima, Anno Do-
mini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Quinto. Corret Luto Stan-
ski Locus I sigilli. Jannes Rzycki Vicecapitaneus et Judex Causa-
rum Officij Castren' Capitane' Sandominen'.

Tenor Dona-
tionis Areæ pro ædificanda Domo Musi-
corum per Magistratum Sandomirien, fa-
cta est talis.

Actum in Prætorio Sandominensi feria Se-
cunda, post die festi Sancti Bartholomæi Apostoli, die vigesima quinta
Augusti, Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Quarto. Spe-
ctabiles, Jamati et Honesti Proconsul, Consules tam Residentes quam An-
tiqui, Advocatus et Scabini, unã cum Archimagistris Contuberniorum et
Communitate Civitatis Sacræ Regiæ Maiestatis Sandominæ, in Prætorium ex
parte infrascriptorum congregati, in votis habentes, eam, quam præbuit
Per Illn' et Adm' Illd. Domino Sebastiano Kozdrinski Junis Vtriusq' Do-
ctori, Archidiacono et Offici Sandominen', Parocho Trecen', pro eximio per
eundem Civitati suæ in exemptionem Bonorum Civiliū, ut potè Prædy, Villa-
rumq' ad hoc idem Prædium pertinent, recenter præstito beneficio, dum is idem
Per Illn' et Adm' Illdus Archidiaconus, Summã certam pecuniariã ad præ-
allegatam exemptionem sibi commodaerit, testificari gratitudinem prompto
ac unanimo consensu, annuendo affectationi eiusdem Per Illn' et Adm' Ill-
dus Archidiaconi, eidem in exædificationem Domicilij Musiconi, quos ad
Eclesiam Collegiatam tituli Beatissima Virginis Sandominen' ex pietate
sua fundare intendit, Aream desertam Tworkowska antiquitus nun-
cupatam, in platea Civitatis suæ, Beatissima Virginis dicta, inter are-
as similiter desertas, Sekcińska ab una et Nabreskich parte ab alte-
ra iacen', et ad Fiscum suum, tam ex vi Decreti Officij sui, post Ul-

timariam Area eiusdem possessionem, certo iure deuolutam, quam etiam et
Subsequenti Decreto Commissionis Generalis Leopoliensis seruientem, et in latitu-
dinem quidem vlnarum sedecem, in longitudinem vero prout eadem Area in
suo ambitu continetur, vnâ cum partiula fundi similiter deserti, a tergo e-
iusdem area contiguae, inter areas desertas Successorum Antecessoris olim
Alberti Lipnicki Suffraganei Cracouien' ab vnâ et Spectabilis olim Jan-
nis Zienkiewicz Consulis Sandominien' parte ab altera iacen', ad viam
publicam alterius platea Casbrensis dicta sese protenden', vero, puro, me-
ro, iusto, perpetua et irrevocabili Donationis titulo dederunt, donauerunt,
et inscripserunt, tenore presentium dant, donant, et inscribunt, nihil am-
plius iuris domini, proprietatis, hereditatis ac possessionis tam sibi
Donantibus, quam etiam Successoribus, suis quocumq' modo, titulo, ac præ-
textu relinquendo, reservando aut exigiendo: Quinimò omne et vniuersu-
ius ac dominium sibi ad eosdem fundos hactenus seruens, in prænomina-
to Per Illrem et Adm' Andm' Dnum Archidiaconu', posterorq' illig, quos
ipse ordinaverit plenissime efficacissime transfundendo, transferendo et
incorporando, Areamq' eandem vnâ cum adiuncto eidem fundo, ab omni-
bus oneribus et contributionibus quibusuis tam privatis Civitatis sue, quam
et publicis Regalibus et totius Reipublice, quocumq' nomine et vocabulo
nuncupatis, ordinariis et extraordinariis, et quacumq' Regni vel Civitatis sue
necessitate pendendi debitis et in futurum laudandis, liberam et immunem
perpetuis temporibus favendo ac declarando Inscriptione præseni ad
præmissa mediante. Et Protocollo Actoru' Consularium Sandominien-
en' extraditt. Locus sigilli. Christophorus Zaborzycki Notarius Ju-
ratus Sandominensis.

Tenor Decreti vnbilis
Capituli Ecclesie Collegiate Sandomi-
riensis est talis. Anno Domini Millesimo Sexcentesimo

Sexagesimo Quarto, die vero Mercurij Nona Mensis Septembris sub tem-
 pus Generalis Vrbis Capituli Ecclesie Collegiate Sandominiensis. Pro maiori
 cultus Divini incremento et Ecclesie Collegiate Sandominiensis ornamento,
 Illris et Adm' Andrus Sebastianus Ko Kwinski I. V. D. Archidiaconus et
 Officialis Sandominiensis, pietatis suae intentionem ratione fundationis ine-
 undae Musicorum pro hac Ecclesia, Vrbis Capitulo declaravit, ordinationem
 a se conscriptam pro huiusmodi Musicis servientem produxit, eandem Fun-
 dationem una cum punctis ordinationis suae admitti et suscipi postulavit.
 Et Vrbis Capitulum in primis pro tam singulari et boni affectus in eandem
 Ecclesiam collato beneficio, suprafero Illris et Adm' Andro Archidiacono et Offici-
 ali Sandominiensis gratias egit, Fundationem vero Musicis una cum ordinati-
 one ipsius gratissimo animo suscepit, eandem ordinationis puncta ad Acta
 Capitularia inscribere declaravit. Et Actis V. Capiti Ecclesie Collegiate San-
 dominiensis sub sigillo eiusdem extractum. Paulus Tomanski Puber S.
 Auctorit' Aplica, Actorum Contr' et supri V. Capituli Notarius in
 + sigilli. Tenor Ordinationis et obliga-
 tionum per Fundatorem Musicis im-
 positarum est talis. Imo Pro quo censu a sum-
 mis supris in Originalibus Inscriptionibus expressis provenientem, ordinat
 et assignat Musicos Vocalistas et Instrumentalistas tales videt, Ma-
 gistrum Capellae seu Seniores Musicorum. Discantistas duos, Fiduciar-
 nas duos, Violistam, Stroristam aut in locum ipsius Tubicinem Sym-
 phoniacum atq; Purzanistam. Altistam, Tenoristam, Bassistam. 2do
 Solutio autem mercedis per Fundatorem posthac specificanda et assignan-
 da statibus temporibus per Quartalia fiet distincta, non autem univrsa-
 lis pro integro anno, in quo obligat consuetudinem Magistri Capellae seu Mu-
 sicorum Senioris, cui licitum erit Discantistas duos per se fouere,
 victum, amictum et mansionem ipsi provide, pecuniam vero ipsorum

mercedis respectiue pro se tollere, sin vero secus, ydem pecuniam huiusmo-
di in quartualibus prout et alijs distinctim soluet. **3^{to}** Officia vero
Musicorum suprascriptorum talia erunt. Quolibet festo duplici et festis alijs
omnibus, diebus quoq' Dominicis, maxime vero festis Domini et Beatis
Mariae Virginis, Apostolorum, Dedicationis Ecclae, in festo Corporis Christi,
et per totam ipsius Octauam cum Processione publica, in festis Paschatis,
Pentecostes, cum Processionibus, die secunda Junij figuraliter et cum Instru-
mentis, incipiendo a primis Vesperis vsq' ad secundas Vesperas inclusive
Solemnitatem decantabunt, exceptis Floris Canonicis et Matutino, quae ex
antiquo ordine et praescripto Fundationis ad Vnibiles Vicarios et Scholam
Ecclae huius decantanda spectant. Tenebuntur autem ydem Musici tem-
pore Quadragesime Passionem vulgo dicta post Vesperas diebus Domini-
cis, festis vero post utraq' Vesperas, maxime vero die Annuntiationis
B. Mariae Virginis figuraliter et cum Instrumentis decantare et alia
Diuina Officia prout melius visum fuit V. Capitulo Gnati adimplere.
Insuper Annuersariam diem Fundationis omni Quartuali perpetuo et so-
lemniter etiam cum Instrumentis decantabunt, Missae Sacrificium Canta-
tum protunc Adm. R. Canonico Conuocatore celebrante, quam Missam
Cantatam in locum Missae lectae (prout ex originali Fundatione eande
celebrare tenentur) citra tamen vllam derogationem illorum fundati-
onis, alter ipsorum iuxta Turnum absoluet. **4^{to}** Regimen autem et
ordo inter eosdem Musicos vt obseruetur, ad eundem seruandum depu-
tat Magistrum Capellae seu alias Seniore Musicorum, vti digniorem scientia
artis suae et bono exemplo vitae et morum alijs praeeuntem, qui Magis-
ter Capellae seu Senior Musicorum, aut ex Vnibilibz Vicarijs, aut ex
Mansionarijs, aut etiam ex Rorantibus, Psaltenstibus, in defectu autem
horum etiam ex Secularibus per Vnible Capitulum Generale habilis
et idoneus ad huiusmodi officium eligetur et assumetur; Is habebit re-
gimen Musicorum, officiorum Diuinorum, et ordinem Chori, ipseq' Choru

reget, disponet et cantabit, Censurę Fundationis huiusmodi, impensis totius
 Communitatis Musicorum euincet, colliget et diuidet, cum scitu tamen Adm^o
 P^o Canonorum Conuicatorum et Praecentoris Mansionariorum Sandominien^o
 nunc et pro tempore existentium, quibus Magister Capellae tam in euin-
 cendis Censibus ydemę dispensatis ad reddendum calculum omni Quartu-
 ali faciendum omnino subiacet, quam ipsorum in casu negligentiarum vel
 disordinis aliuus subent admonitioni et correctioni; Musici vero ab Ma-
 gistro Capellae suberunt, ydemę obediunt, et ab ipso super negligentis suis,
 rixis et insolentis quibusuis cum scitu tamen Adm^o P^o Canonorum Con-
 uicatorum et Praecentoris Mansionariorum Sandominien^o punientur, ac adfor-
 mam normamę Musicos Ecclesie Cathedralis Craouien^o in omnibę et singulis
 sese gerent. Nihilominus in occurrentis difficultatum vel aliquibus grauiori-
 bus emergen^o tam publicis quam priuatis recursum ad Vnle Capitulum
 habebunt, et eiusdem deusioni et decretis acquiescent. Magister quoqę Capel-
 lae si fuerit aliquoties notatus super excessibus et incorrigibilis extite-
 rit, licitum erit D^o Canonis Conuicatoribus et Praecentori Mansionariorum
 Sandominien^o nunc et pro tempore existen^o prauia suffuienti inquisitione et
 mediante Decreto suo, eundem ab Officio huiusmodi amouere. **STO.** Re
 autem inter Musicos et praefatos Cantores frequentes irrepant negligen-
 tia et Diuina Officia propterea confundantur, prouidendum esse duxit
 D. Fundator, ut si prima vice absens fuerit aliquis Musicus aut Can-
 tor vel nimis tarde temulentus uenient ad Chorum, mulctetur pena
 floreni vnius per Magistrum Capellae, si secundo taliter fecerit, flo-
 renis duobus, si tertio florenis tribus, et sic per consequens crescente
 negligentia, crescat etiam pena, nisi in locum suum, Musicum alium seu
 Cantorem aequę peritum artis sua substituent, idę pro vna et alte-
 ra vice tantum, non autem continuo et ordinarię, mulctaqę infer pre-
 sentes aequę diuidetur. Si vero aliquis Musicorum vel Cantorum
 per quatuor Septimanas continuo quomodocunqę sese absentauerit, ille

Loco per Magistrum Capella priuari debet, cum situ tamen Adm' R^o
Canonorum Conuocatorum et Praeceptoris Mansionariorum Pandominen'.
Quibus Musicis et Cantoribus serio inhihet D. Fundator, ne stante
Diuino Officio, solennitatisq' deuotione in Ecclesia Collegiata Suprafora
Supraspecificatis diebus Dominicus et Festis ad Ecclesias alias cursita-
re, ibidemq' psallere vel cantare conuictim vel diuisim audeant, in
quibus aduertere serio debet Magister Capella, in eosq' penas, pro-
ut supra extendet. Omnes propinationes qualiumcunq' liquorum ab ei-
dem Musicorum mansione, necnon suspectas feminas, choreas, conuiuia,
hospites, locationes hypocaustorum quibusuis personis, etiam Studiosis
omnino D. Fundator excludit et perpetuo inhihet, idq' sub pena
amotionis ab Officio et priuatione mercedis. OTO Ut autem sar-
tatecra domus Musicalis conseruentur et reparentur, assignat Dnus
Fundator florenos decem ex censibus pro eadem fabrica semper de-
trahendos et conseruandos in carbona, ad quam supri Adm' R^o
Canonici Conuocatores et Praeceptor Mansionariorum Pandominen' coniu-
ctim, vel quem de medio sui deputauerint diuisim vnam clauem, al-
teram vero Magister Capella habebunt. Si vero Magister Capella
in detrahendis et conseruandis huiusmodi decem florenis negligens
fuerit, quos omni quartuali deducet, eos de proprio peculio omnino sol-
uet: Quae summa etiamsi fuerit notabilis, non est in alias necessita-
tes expendenda, sed pro ipsis aedificijs conseruanda in Capitulo
DD. Praelatorum et Canonorum ob casum conflagrationis domus, vel
si notabilis fuerit, media pars ad coemenda Instrumenta Musicas
conuertetur. Ad quod etiam aedificium de nouo constituendum, ob
casum incendij (quod auertat Deus) ex portionibus Musicorum et
Cantorum mercedis siue ex massa censuum debent provideri impen-
sa; salua tamen fundatione praedicta in omnibus manente. TMO
S^o Bona Censu Fundationis huiusmodi obligata aliquando redimi con-

igent, praeuocet D. Fundator, ne Magister Capellae ad leuandam huiusmodi
 Summam sine scitu Admⁱ R^m Canoniorum Concionatorum et Praecentorij Man-
 sionariorum Sandominien^{is}, necnon V. Capituli Gnatis Decreto, Ill^miq^{ue} et
 R^missimi Dⁿⁱ Loci Ordinarij in scriptis obtenta licentia v^{llo} modo accedat.
 Si autem eandem praemissa adhibito modo leuauerit, eandem vna et simul
 cum Admⁱ R^m Canonis Concionatoribus in Bonis mundis, libenis, iurisdic-
 tioni castri Sandominien^{is} subiectis et cum scitu V. Capituli locabit, idq^{ue} sine
 cunctatione in spatio duarum septimanarum; vel si fieri poterit cum tempo-
 re pro eadem Summa coemet aliqua Bona Terrestria. 8^{uo} Censuum
 autem huiusmodi perceptionem et Salaniorum inter Musicos et Cantores dispo-
 sitionem D. Fundator sibi ad vitam reseruat. 9^{no} Domum seu mansi-

onem competentem pro ysdem Musicis prouidendum sese offert, idq^{ue} in Area
 prop^{ter} Ecclesiam Collegiatam adiacente et ab omnibus oneribus Ciuitatis
 libera.

Sequitur Tenor Approbationis per
 Ill^mum et R^mum D. Ep^{um} Cracouien^{sem},
 Ducem Seueriae ad effectum fundatio-
 nis hmoi facta. In Nomine Domini Amen. Ad

perpetuam rei memoriam. Gloriosus Deus in Sanctis suis et in-
 maiestate mirabilis, cuius est ineffabilis altitudo prudentiae nullis in-
 clusa limitibus, caelestia pariter et terrena disponens, et si cunctos Ma-
 iestatis sua cultores magnificat et caelestis beatitudinis efficiat pos-
 sessores, illos tamen vbeniori praemiorum retributione prosequitur, qui
 ad ampliandum cultum Diuinum et in augmentum gloriae DEI pias fun-
 dationes ex bonis sibi a DEO concreditis instituunt. Proinde Nos

Andreas Trzebicki DEI et Apostolicae Sedis Gra-
 tia Episcopus Cracouiensis, Dux Seueriae vniuersis
 et singulis quorum interest significamus et ad notitiam indubitata de-
 duimus; quomodo Admodum Reuerendus Sebastianus Ko-

Kwinski 1V.D. Archidiaconus et Officialis noster San-
domiriensis zelo pietatis ac feruore cultus Diuini in Ecclesia
Collegiata Sandominensi propagandi acensus, piam semper intentione
suam ad maiorem gloriam DEI et ornamentum cultus B.V. Mariae
in eadem Ecclesia Collegiata Sandominensi accommodando, nec quidquam
amplius, nisi benedictione Diuina et labore proprio acquisitum peculium
suum in ornamentum eiusdem Ecclesiae conferre cupiens, prout iam ante-
actis annis in Fundatione Canonorum Concinatorum, ad praesens vero
in erigendo arca Triumphalis Crucis Saluatoris Domini effectuali-
ter probauit. Ita et nunc vota pietatis suae in eandem Ecclesiam ac-
cumulando, ut insigni aliqua Musicorum Symphonia eadem Ecclesia
augustior redderetur, summam capitalem duodecem millium flo-
renoru Polonicalium de bonis sibi diuinitus concessis pro fundando
ac erigendo Collegio Musicorum in praefata Ecclesia Collegiata Sandomi-
nensi liberaliter contulit, eandemq summam in censum annum reem-
ptionalem super Bonis infra scriptis Terrestribus et Ciuilibus per ha-
redes et postestores eorundem Bonorum inscribi procurauit. Quam
quidem piam Fundationem supra scripti Adm. Rndi Archidiaconi et
Officialis nostri Authoritate Ordinaria in perpetuum approbare volen-
tes, in primis contra omnes et singulos ad quos id pertineret literas
Cride per fdictum publicum extradi mandauimus. In quarum ter-
mino coram Nobis Iudicioq nostro personaliter comparens Rndus
Paulus Tomanski Vice Custos et Notarius Capitularis Sando-
mirensis, antedicti Adm. Rndi Archidiaconi et Officialis no-
stri Sandominensis legitimus Procurator, contumaciam omnium et
singulorum sua ex aduerso ius et interesse ad huiusmodi fundationem
se habere pretendendum, dictis Cride literis Citatorum et non comparen-
tium accusauit, et in eorum contumaciam Inscriptiones binas Capenses Ca-
pitaneales Sandominen; Primam quidem Censum annui reemptionalis qua-

dringentorum viginti florenorum Polon, pro Summâ Capitali Sex millium florenorum pecunia Polon, per Insum Michaelem à Stradomia Stradomski bonorum Villa Sadowie et Puszkow, aliorumq; eo pertinentium heredem, in et super bonis ysdem Villa Sadowie et Puszkow in Castro Sandominien' Jena Sexta post Festum Sancti Matthaei Apli et Euangelistae proxima Anno Domini Millesimo Sexcentis Sexagesimo Quarto inscriptam et assecuratam. Alteram vero Quadringentorum et viginti similiter floren' Polon' pro simili Summâ Sex millium floren' pecunia Polon' per Spectabiles et Famatos Bartholomæum Postu Bniewicz Proconsulem, Laurentium Ruak, Andream Nahayski, Joannem Drepinski, Michaelem Legartowicz, necnon Valerianu Stogniew, Andream Karustowicz, Stanislaum Modecki, Albertum Niedzuredzki, aliosq; Cives, Consules et Scabinos, totumq; Magistratum Ciuitatis S. R. M. S. Sandominien' bonorum Ciuitatis eiusdem, ut pote Prædy ac Villarum Radoski, Wy Siadtwo et Ocinek quouis modo Possesores in ysdem Bonis et Prædy Ciuitibus, mediante ad id speciali Consensu S. Regiae M. S. in Castro Sandominien' Jena Secunda in crastino Festi S. Bartholomæi Apostoli in Anno curren'ti facti et recogniti. Item Donationem Areae pro ædificatione domus Musicorum in Ciuitate Sandominien' in platea B. Mariae Virginis sita Tworkowska dicta per eosdem Spectabiles Proconsulem et Consules, totumq; Magistratum Ciuitatis Sandominien' in Anno curren'ti die Vigesima quinta Augusti in Pretorio Sandominien'si facti. Item Decretum V. Capituli Cuius Collegiæ Sandominien' et Ordinationem D. Fundatoris ad Acta V. Capituli factam, in omnib; et singulis illarum punctis, clausulis, articulis, et conditionibus vniuersis de iure licitis et honestis approbari, confirmari, ratificari, robur Authoritatis Ordinariæ et perpetuæ firmitatis, panter et decretum desuper apponi, ac super dictis Summis vnâ cum Censibus ab yd' prouenien't Collegium Musicorum ad Fulam prædictam Collegiam Sandominien' fundari, erigi, dotari, onera Musici intuitu eiusdem Censu imponi, et ad explenda sub onere Consuetudinis obligari, easdem Summas et Census ab

ab eis prouenientes, tum et aream et domum Musicorum libertati et immuni-
tati Ecclesie adscribi, incorporari, inuiserari, Vsumfructum prefatorum Censuum
Suprascto D. Fundatori ad vita ipsius tempora reseruari, literasq; approba-
tionis, confirmationis, Fundationis et fectiois in forma solita decerni et ex-
tradi mandari debita cum instantia petyt et postulauit. Quarum Inscr-
ptionum supra, nexus de verbo ad verbum descriptus continetur. Nos
vero Andreas Trzebicki Episcopus supramemora-
tus, Iudiciumq; Nostrum dictos Citatos, diutius et ultra horam audientie
expectatos et non comparentes, contumaces prout merito erant, iustitia
suadente reputauimus, et in eorum contumaciam praeinsertas Inscr-
ptiones Capitalium Summarum et Censuum ab ipsis prouenien-
tibus, tum et Do-
nationem Areae et Decretum V. Capituli Ecclie Collegae Pandominien-
nae cum Ordinatione suprascripta praemisso eorandem diligenti examine, cum
omnibus et singulis illarum punctis, clausulis, articulis et conditionibus uni-
uersis Authoritate Ordinaria approband, confirmand, ratificand, robur au-
thoritatis Ordinariae et perpetuae firmitatis, pariter et decretum desuper
apponend, dictos Censuum vna cum Summis principalibus, tum et Domum
et Aream Musicorum libertati et immunitati Ecclesie adscribens, incor-
porand, inuiserand, atq; super ysdem Summis principalibus et Censibus ab
ysdem prouenientibus Collegium Musicorum, videlicet Magistrum Capellae seu
Seniorem Musicorum, Discantistas duos, Fidicinas duos, Violistam, Storcistam,
aut in loco ipsius Tubicinem Symphonicum atq; Puzanistam, Altistam,
Tenoristam, Basistam, in perpetuum circa prefatam Ecclesiam erigen-
d, fundan, dotan, Officia et obligationes iuxta Ordinationem praesertam,
quam ipse Fundator fecit, ysdem Musicis pro tempore existentibus perpe-
tuis et futuris temporibus imponen et ad explenda sub panis in or-
dinatione eiusdem Fundatoris expressis obligan, Curam et regimen pre-
fatorum Musicorum Adm' Indis Canonici Conuentionibus per eundem
Fundatorem erectis, tum et Praecentori Mansionationi Pandominien-
nae

ut in Ordinatione continetur committent, Censum et distributionem salariorum inter Musicos
 quotannis faciendam Fundatori quo ad vitam ipsius reservam, post fata ve-
 rò ipsius Magistro Capellæ cum situ Adm' Rectorum Canonorum Conuicatorum et
 Praecentoris Mansionariorum Sandominien', nunc et pro tempore existen' adscri-
 ben' et ordinan'. Curam domus Musicalis tum et conseruationem sartorum et
 tectorum Magistro Capellæ cum situ eorundem Adm' Rectorum Canonorum Conuic-
 tatorum et Praecentoris Mansionariorum Sandominien' committent, saluam tamen
 // autionem huiusmodi Fundationis eidem Domino Fundatori in posterum reservan',
 omnesq' et singulos defectus, si qui de iure aut de facto in et circa praemissa
 interuenerint supplendum esse duximus, vti quidem Christi Nomine repetito appro-
 bamus, confirmamus, ratificamus, apponimus, adscribimus, incorporamus, inuisceramus,
 erigimus, fundamus, dotamus, ordinamus, obligamus, reservamus, decernimus, sup-
 plemus, assignamus et committimus, Literasq' approbationis, confirmationis, erectionis,
 fundationis, dotationis in forma solita relaxamus per presentes. In quoru' fi-
 dem presentes manu nostra subscriptas Sigillo communiri iussimus. Actum et Da-
 tum Kielce die quinta Nouembris, Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexa-
gesimo quarto, Indictione Romana Secunda, Pontificatu S^mi Dⁿⁱ N^{ri} Dⁿⁱ
Alexandri, Diuina providentia Papæ Septimi, cuius Nominis feliciter moderni, An-
no ipsius Decimo. Presentibus Ill^{ris} et Adm' Rectoris Stanislao Trebicki Cu-
rode Cracouien', Cantore Snesren', Curiae nostrae Cancellario, Andrea Tegowski
Scholastico et Surrogato Officiali Sandominien', Petro Philippes I. V. D. Praepo-
situm Vrsuicem, Adamo Tymniski Cano et Officiali Kielcen' et Raphaelo Dospicki
pubis et Adm' Curiae nostrae Notario, alijsq' testibus quam plurimis presen-
tibus. Andreas Ep^s Cracouien'. Locus et Sigilli in cera rubea unguib', in
flo sericeo pendentis.

Quarta Inscriptio-
 nis super Summam quatuor millium
 florenorum Polon' facta sequit' tenor huius
 Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren'

Capitulum

Capitany Sandominiensis Magus Andreas Joannes a Rauborsko Morstin
Referendarius Regni, Zauchosten Capneus, Villa Ztotniki haeres, sanus men-
te et corpore existens, Recedendo a Terris, Districtibus, Iuribus, Jurisdictionibusq;
suis quibusvis proprijs et competens, se verò cum Successoribus ac bonis suis
omnibus Jurisdictioni Officij praesen' Castren' Capitani Sandomiy quo ad actum
praesentem attinet totaliter incorporari et plenarie subiucendo palam, libere
ac per expressum recognouit. Quia ipse de manibus Per Illm et Adm' Rdi
Sebastiani Kokwinski Archidiaconi et Officij Sandomiy J. V. D. Parochi
in Osiek, Summam Quatuor Millium floren' pecunia Polon' tulit et effectualiter
levauit. Pro qua quidem Summa quatuor Millium florenorù pecunia Polon' per
se Recognoscentem levata (de qua ipsum praesentibus quietat) eidem Per Illm
et Adm' Rdi Dno Archidiacono Sandominiensi et eius Successoribus Testamen-
to ultima voluntatis sua, seu alia dispositione vel ordinatione ipsius deda-
randis ac nominandis, pro tempore verò existentibus Summam Censuum annui per
floren' Septuaginta Polon', a quibuslibet mille floren' computari, a tota Sum-
ma Capitali Ducentos Octuaginta floren' Polon' efficien', in et super Bonis
suis proprijs et hereditarijs, tota videlicet et integra Villa praefata Ztotni-
ki, Cuiusq; ibidem sita in Palatinatu et Districtu praesen' Sandomiy consisten',
omnibusq; et singulis Bonorù eorundem fructibus, proventibus, redditibus, com-
modis, emolumentis, utilitatibus, pertinentijs et pertinen' generaliter uniuersis,
nullis penitus exceptis, nec pro se Successoribusq; suis, aut alio quopiam reseruatis,
sed omnibus in genere et singulis in specie comprehensis, generi per speciem
et è contra in nullo derogando, verum ita longè, latè, circumferentialiterq; pro-
ut eorundem Bonorum hereditas in suis metis et limitibus extenditur, iam
exnunc et de facto in vni Reemptionis als na Wyderkauff in perpetuum
vendidit, inscripsit et assecurauit, prout vendit, inscribit et assecurat praesentibus
perpetuo et in aeuum. Quem quidem Censuum annuum Ducentorù
Octuaginta florenorù pecunia Polon' a praefata Summa Capitali Quatuor
Millium florenorù pecunia Polon' praesenti Inscriptione inscribit se et
obligat praenominatus Recognoscentis suis cum Successoribus, Bonorumq;

præfatorum modernis et pro tempore existentibus hæredibus et postestoribus quibusvis super Bonis suis generaliter omnibus mobilibus et immobilibus, habitis et habendis eidem prænominato Per Illi^m Archidiacono Sandominen^m, vel eius Supraſcriptis Testamento ultima voluntatis eius seu alia dispositione et ordinatione ipsius declarandis et nominandis Successoribus pro tempore existentibus, Singulis annis pro quolibet Festo Sanctæ Trinitatis Virginis et Martyris, incipiendo eiusmodi solutionem à proximè venturo Festo Sanctæ Trinitatis Virginis futuro et incidens, et sic consequenter singulis annis, temporibus perpetuis ad manus prænominati Per Illi^m Kokwinski, vel eius Testamento ultima voluntatis seu alia dispositione vel ordinatione ipsius declarandorum ac nominandorum Successorum pro tempore existentium, mediante quietatione manuali (quæ pro authentica censeri debet) realiter et effectivè solvere et per suum Nuncium in residentiam ipsius Per Illi^m Kokwinski seu supraſcriptorum modo præmissis declarandorum ipsius Successorum transmittere, idq^m sub vadio Quatuor millium florenorum pecunie Polon^e Summæ Capitali correspondens per eundem Recognoscentem Magum Andream Joannem à Rauborsko Morstyn, Referendum Regni vel eius Successores, Bonorumq^m præfatorum Summâ Capitali ac censu ab ea proveniente oneratorum hæredes et postestores quosvis modernos et pro tempore existentes prænominato Per Illi^m et Adm^o Rdo^m Sebastiano Kokwinski Archidiacono et Officiali Sandominen^m vel eius Successoribus Testamento ultima voluntatis seu alia dispositione vel ordinatione declarandis ac nominandis pro tempore existentibus, in casu non solutionis Censûs præfati annui pro tempore et loco supra expressis ad solvendum toties quoties opus fuerit succumbent. Et iam exnunc idem Recognoscentis Magnificus Referendum Regni prænominato Per Illi^m et Adm^o R^o Archidiacono Sandominen^m dat et admittit presentibus in Bona prænominata Summâ Capitali et Censu prædicto onerata, ac in eundem Censum realem intromissionem cum actuali et pacifica usufructione per ministerialem quemcumq^m ad id si-

bi duxerit eligendum ipsi iam exnunc ab Officio presenti ad id additum et
deputatum, debetq; et tenebitur prefatus Recognoscens Magus Referen-
darius Regni, prout se ac suos Successores et Bonorum prefatorum Censu
et Summa Capitali oneratorum modernos et pro tempore existentes here-
des et quosvis Possesores de et super Bonis suis generaliter omnib; ha-
bitis et habendis prenoato Per Illm et Adm Rdo Archidiacono Sandomi-
neni inscribit et obligat presentibus, ipsum et eius Successores Testamento vl-
tima voluntatis sua, seu alia dispositione vel ordinatione ipsi declarari ac
nominari pro tempore existen ratione Censu prefati annui et Bonorum eo-
rundem Censu prefato oneratorum ab omni impetitione Iudiciali quorum-
cumq; personaru Status, sexus et conditionis cuiusvis existen in omni Judi-
cio et Officio Regni tam in toto quam in parte toties quoties opus fue-
rit tueri, defendere, euincere et intercedere ac ubilibet indemnem et
eius Successores prefatos indemnes reddere. necnon Bona prefata Censu
et Summa Capitali suprascribis onerata, tam in toto quam in parte ab
omnibus Iuribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus, tum etiam
a quibusvis Citationibus in eadem Bona importatis et importandis, Quors di-
nig et per lucris ac Processibus Iuris quibusvis in eisdem Bonis obtentis
et obtinen in quocumq; punto et gradu Iuris dependen emundare et libe-
rare, mundari et libera reddere ita, ut eundem Censum predicti Per Ill-
m et Adm Rdo Archidiacono Sandomineni cum suis supradictis Succes-
soribus modo premissis declarandi pro tempore existen possit et valeat
pauifice et integre quolibet Anno pro temporis dispositione sine quouis
impedimento percipere. Nec debet predicti Recognoscens Magus Referen-
darius Regni et eius Successores, Bonorumq; suprascriptorum heredes et qui-
uis pro tempore existentes Possesores pranominato Per Illm et Adm Rdo
Archidiacono Sandomineni Successoribusq; ipsius Testamento ultime voluntatis
seu alia dispositione vel ordinatione declarandis ac nominandis pro tpo-
re existen prefatam Intromissionem in Bona supradicta Summa Capitali et Cen-
su prefato onerata, ac in eundem Censum coram Officio presenti admitti
in eisdem Bonis denegare, imo tenebitur cum suis Successoribus ac Bonorum

prefatorum heredibus et quibusvis pro tempore existentibus possessoribus eandem
 effectualiter dare et admittere, datamq; et admissam quovis modo per se vel suas
 quasvis submissas et subordinatas personas non adimere nec praepedire, ac in praerogativa
 nominatis Bonis et perceptione Censuum prefati annui, ipsum et eius supradictos Suc-
 cessores tam in toto quam in parte non iniuriari, idq; sub alio simili et speciali va-
 dio Quatuor millium florenoru pecunia Polon per eundem Recognoscens Magnum De-
 ferendarium Regni, vel eius Successores, Bonorumq; predictoru heredes et quovis pro
 tempore existen' possor'es eidem Per Illis et Adm' Indo D. Archidiacono Sando-
 minien' vel eius Successoribz Testamento ultima voluntatis seu alia dispositione vel
 ordinatione ut praemissum est declarandis pro tempore existen', ob non completio-
 nem praemissorum omnium et singuloru tam in toto quam in parte toties quoties opus
 fuerit ad solvendz succumbendz; Pro quibus quidem vadio seu vadyz prefatis,
 ac re aliqua principali ex praemissis non completa complenda nihilominus Citatq; exi-
 stens memoratus Recognoscens Magnus Referendarius Regni vel eius Successores, Bo-
 norumq; suprascriptorum heredes et quovis pro tempore exites Possor'es, Citati ga-
 rentes ad Instanciam Per Illis et Adm' D. Archidiaconi Sandominien', ipsiq;
 Successorum Testamento ultima voluntatis seu alia dispositione vel ordinatione
 declarandoru pro tempore existentium ad Offm' praesens Castren' Capitani San-
 dominien' vel eo vacante ad Offm' Castren' Capitani Neocorinense, extunc
 receptu facto, quo ad respondendu' et Inscriptioni praesenti in toto satisfaciendz
 Superiori mediante; in primo Citacionis Terminis tanquam peremptorio stare, pare-
 re, respondere. Pro vadiisq; seu vadyz prefatis ac re ipsa Principali, pro qua ex
 praemissis non completa citabitur, seq; ac suos Successores, Bonorumq; supranomina-
 rum pro tempore existen' heredes et possor'es obligat; ipsum primum peremptorium
 Terminum et alios omnes consequentes causas eiusdem Terminis semper perempto-
 rios, vera infirmitate pro maiori minorennitate, Successoru legatione, intra vel
 extra Regnum servitio militari ac ad munimenta vel alijs quibusvis legalibz
 impedimentis et dillationibus non differen' ad quietonem ultra proximos Ter-
 minos Officij illiq; ad qd ex praemissis vigore praesentis Inscriptionis citabi-

tur.

tur. Dilationem sibi non recipien, nullasq' motiones, Appellationes ac earum pro-
secutiones facien, tum praemissa omnia penis simplicibus vel triplicatis, euasi-
onibus, fatalis iuris, praescriptione Terri, bello, conventioneg ac alijs quibus-
uis iuris remedijs et defensis non subterfugen, hac sua Praesenti Recognitione
ad praemissa omnia et singula mediante. Et hic subinde coram Officio et
Actis praesen' Castren' Capitani Sandomiy personat' comparens Magica Catharina
Gordon Marchionissa de Huntiki Consort legitima praefati Magici Referenda-
ry Regni cum praefati mariti sui vti Tutoris Coniugalis assistentia et autho-
ritate, sana mente et corpore existens, Recedendo a Terris, Districtibus Iuri-
bus, Jurisdictionibusq' suis quibusuis proprijs et competen, se vero cum
Successoribus ac bonis suis omnibus Jurisdictioni Officij praesen' Castren'
Capitani Sandominien', quo ad actum praesentem attinet totat' inuolu-
rando et plenarie subyueno, palam, liberè ac per exprebum recognouit.
Quia ipsa super praefatam Inscriptionem Reemtionalem intuitu Iurium
suorum Reformationi Aduitalib' ac aliorum quorumuis ab eodem Magnifico
marito suo habitoru' et Bona praetacta praesen' per Magicum maritum suu'
in vni Reemtionis als na Wyderkaff inscripta afficien' tantum conson-
tit, eandemq' Inscriptionem respectu Iurium suorum approbat, confirmat et
ratificat. Insuper idem Recognoscens Suprascriptus Magicus Referendarius
Regni inscribit se suis cum Posteris de Bonis suis omnib' eidem Por-
Illri et Adm' Rdo' Kokurinski cuiusq' Suprascriptis modo praemisso declar-
randis Successoribus pro tempore existen, Amicos duos eiusdem Consortis
suae de Linea paterna proximiores ad approbandu' per ipsos suprascri-
ptum Consensum seu Approbationem per Consortem suam factam ad Acta
quouis authentica Regni intra decursum dimidij Anni, siue visimul, siue
disiunctim statuere, idq' sub vadio Quatuor millium florenoru' pecuniae
Polon' per praenominatum Recognoscentem Magicum Referendariu' Regni
vel eius Successores praedicto Per Illri et Adm' R. Archidiacono Sando-
minen', vel eius Successoribus supradictis in defectu adduccionis et

Statutionis ad præmissa exequenda Amicorum præfata Consortis suæ ad Acta
 authentica Regni toties quoties opus fuerit ad soluendꝫ Succumbens. Pro quo quidē
 dem vadio præfato ac re ipsa Principalis non completa complenda nihilominus
 Citatꝫ exnꝫ memoratus Recognoscens Magus Referendaris Regni vel eius
 Successores Citati existentes ad instantiam suprascripti Per Illꝫ et Admꝫ
 Rdi Archidiaconi Sandominenꝫ ipsiusqꝫ Successorū Testamento vltimæ Volun-
 tatis seu aliâ dispositione vel aliâ Ordinatione declarandꝫ pro tempore
 existēti ad Officiū præfens Castrenꝫ Capitani Sandominenꝫ, vel Castrenꝫ Ca-
 pitani Neocorinenꝫ, extunc recessu, quo ad respondendꝫ et Inscriptioni præ-
 senti seu Submissioni præfatae in toto satisfaciendꝫ suprascribendo mediante.
 In primo Citationis Terminis tanquam peremptorio stare, parere, respondere.
 Pro vadiogꝫ præfato satisfacere atqꝫ Amicos prædictæ Consortis suæ ad
 præmissa exequenda statuere tenebitur, seꝫ ac suos obligat posteros. Fun-
 dem primum peremptorium Ternum et alios omnes consequenꝫ causas eiusdem
 Ternos semper peremptorios, vera infirmitate, pro maiori, minorennitate
 Succorum, legatione intra vel extra Regnum, seruitio militari, ac ad muni-
 menta, vel alijs quibusuis legalibus impedimentis et dilationibus non
 differenꝫ ad Quætaonem vltra proximos Ternos Officij illig ad quod
 ex præmissis vigore presentis Inscriptionis citabitur, dilationem sibi
 non recipienꝫ, nullasqꝫ motiones, appellationes ac earum prosecutiones fa-
 cienꝫ, tum præmissa omnia penis simplicibus vel triplicibus, quasioribus,
 Jatabus Junis, præscriptione Terni bello, Conuentioneqꝫ ac alijs quibusuis
 Junis remedijs et defensis non subterfugienꝫ presenti Recognitione ad præ-
 missa accedente. Actum in Castro Sandominenꝫ Sabbato post Festi
 Santi Valentini Martynis proximo, Anno Domini Milleesimo Sexcen-
 tesimo Sexagesimo Sexto. Correat Lutohanski mppa Locus H. Li-
 gilli. **Relatio Intromissionis vigore suptræ**

Inscriptionis

Inscriptionis in Bona villa Zlotniki factae se-
quitur huiusmodi. Ad Officium et Acta praesentia Castren-
Capitan' Sandominen' personat' veniens Ministerialis Regni Gnatis Pro-
uidus Gregorius Okun de Zabno, Officio praesenti bene notus in vim rela-
tionis suae fidelis publicae liberis recognouit. Quia ipse cum Nobilibus Al-
berto Zeronki et Laurentio Dygulski licet hoc absen' in loco tamen ne-
goty praesen' Per Illrem et Adm' Andum Sebastianum Rokurinski Archi-
diaconu' et Offlem' Sandominen' J. V. Doctorem, Parochum in Otek, vigore
Inscriptionis Castren' Capitan' Sandomin' reemptionalis super Summam Cen-
sus Annui Ducentorum Octuaginta floren' pecunia Polon' a Summa Qua-
tuor millium floren' Poloz Capto quotannis solui prouenien' per Magum
Andream Joannem a Raiborsko Morstyn Referendarium Regni, Zawis-
chosten' & Capitaneum facti et recognitt et in Bonis suis haereditarijs
Villa Zlotniki de facto ad soluendz assecuratto, prout eadem Inscriptio
latius de praemissis testatur Feria Secunda proximè praetent' proxima
in Bona praedicta Villa Zlotniki, omnesq' Bonorum eorundem attri-
nen' et pertinen' realiter intromisit, inuestiuit, obedientiam Subditis pra-
standam iniunxit nemine eandem Intromissionem denegante, imò Nobili
Stebowski Possore Arendatorio nomine praefati Magi Referendary Re-
gni liberè dante et admittente. De quo eius praesens Relatio. Actum
in Castro Sandomiriensi Feria quarta post die festi Sanctae Trisae Vir-
ginis et Martyris Anno Domini millimo Sexcentimo Sexagesimo Septi-
mo. Correxerit Lutosanski. Locus ¶ Sigilli. **Quinta**

Inscriptionis super Summa Capti Qua-
tuor millium florenz in Bonis Sczucinskie
dicti et alys Prady Ciuilis Sandomin' recognitt
vna cum Laudo publico Ciuitatis Sandomin' et
Consensu S. Regiae Matris in eandem Inscriptio:

nem inserto tenor sequitur talis. Compares personaliter coram
 Officio et Aedibus presentibus Castrensi Capitano Sandominensi Spectabiles ac
 famati Andreas Nahayski Proconsul protunc Civitatis Sacrae Regiae M^{ty}
 Sandominiae, Valerianus Stogniew, Stanislaus Wodecki, Michael Zegartowicz,
 Joannes Matecki, Laurentius Kwak, Joannes Drepinski, Andreas Kapusko-
 wicz, Albertus Niedzwiedzki Consules, Albertus Lodykowski Aduocatus,
 Petrus Gyglowicz, Albertus Jezkowiez, Sebastianus Roszkiewicz, Gregori-
 us Sekulski, Joannes Nowinski, Augustinus Szragowic Scabini, Stanislaus
 Szuka, Thomas Karbot, Albertus Nawrocki et Christophorus Zelki Cives
 Sandominensi, suis et totius Communitatis Civium Sandominensi, pro quorum rati-
 habitione cauent ac se in forma Juris quam plenissima inscribunt nominibus
 sani mentibus et corporibus existentes, Recedendo à Terris, Districibus, Juris-
 dictionibus suis quibusvis propriis et competentibus, se verò cum suc-
 cessoribus ac bonis suis generaliter omnibus Jurisdictioni Officii presentis Ca-
 strensi Capitani Sandominensi quo ad actum presentem attinet totaliter incorpo-
 rando et plenarie subiiciendo palam, publice, libere ac per expressum recogno-
 uerunt et quilibet illorum suo ex interesse seorsum et specialiter recogno-
 uit. Quia ipsi adherendo Liteni Consensus Sacrae Regiae M^{ty} sibi
 Recognoscen, totiq; Communitati ad infrascripta recognoscenda benigniter col-
 laris manu eiusdem Sacrae Regiae M^{ty} subscriptis et sigillo maioris Can-
 cellariae Regni communibus, tum et Laudo suo Civili in Praetorio Sandomi-
 nensi sanato, quorum et quidem Consensus tenor sequitur ta-
 lis. Joannes Casimirus Dei Graa Rex Poloniae, Ma-
 gnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Samogithiae, Livoniae, Smolensuae,
 Czerniechowiag; Necnon Suecorum, Pottorum, Vandalorumq; Hereditarius
 Rex. Significamus presentibus Liteni nostris, quorum interest uniuersis et
 singulis. Quod quemadmodum nos commodum et quauis incrementa publi-
 ca Civitatum Regni nostri pro maiori eius ornamento et robore libenter

promouemus, ita et priuatis Incolarum, earum fortunis clementer consulere,
easq' ab omni iactura quantum fieri potest fauore nostro Regio vindicia-
re non dedignamur; his etenim cadentibus illa corruunt, his stantibus
illa conseruantur, florescunt et augmentantur. Cum itaq' ex relatione cer-
torum Consilianorum nostrorum accepimus Cuiusmodi nostrae Sandominien-
en' Cives et Incolas omnes non solum plurimis praeteritoru' annoru' aru-
mnis, bellorum iniurijs ac alijs publicis calamitatibus nimium attritos,
Sed etiam recentiori, immediato, modernog' tempore per multifarias gra-
ues Reipublicae ac militares Contributiones hybernales et agrarias Lo-
nowe dictas Exactiones atq' intollerabiles earum executiones penitus
exhaustos esse, ita, ut non tantum vltionibus Reipublicae onerib' sup-
portandis pares non sint, verum etiam aere alieno pro praemissis exclu-
sio contracto premantur; supplicatumq' nomine eorum sit nobis, quate-
nus ipsis Consensum nostrum Regium dare dignaremur, ut Summam Qua-
tuor Millium florenoru' Polonicar' a Venerabili Sebastiano Kokwinski
V. Doctore, Archidiacono et Officiali Sandominien' ex Censu reemptiona-
li per septem floren' Polon', a quolibet Centum annuatim soluendo re-
cipere, eandemq' ipsi cum eodem reemptionali Censu in bonis praedictae
Cuitatis nostrae Sandominien', ut pote Praedys duobus antiquo et no-
uiter iure empti adquisito Sezuanski dicto, Molendino, villis Plado-
Bki, Ocinek et Preczyca dictis, omnibusq' eorundem Bonoru' attinentijs
atq' adhaerentijs inscribere et hypothecare possint et valeant. Quorum
Nos eiusmodi supplicationi vti iustae benignè annuentes, eundem ipsis
ac toti Cuitati nostrae Sandominien' Consensum nostrum Regium dandum
et concedendum esse duximus, prout quidem damus et concedimus; et
ut praetactam Quatuor Millium florenorum Summam a praenominato Ve-
nerabili Sebastiano Kokwinski leuent, eandemq' ipsi cum praedicto
Censu Reemptionali per septem a quolibet Centum soluendo, in supra-
dictis Bonis hypothecarijs inscribant et assecurent permittimus praesen-

tibus Litteris nostris, vigore cuius quidem Consensus nostri, prefata Civitas no-
stra Sandominien', nempe Spectabilis eius Magistratus cum Communitate,
Contractus eo nomine et Inscriptiones Officiosas quas nos ratas et gratas ha-
bituri sumus citra quarumvis personarum contradictionem seu praepedimen-
tum inire et facere poterunt, ita tamen ut suprascriptam Summam in exo-
lutionem publicorum onerum Contributionum et Civitatis eiusdem debitorum in
publicas necessitates ipsi Contractorum convertant, bonaque eadem facta te-
tag' et ipsi conservent et ab alijs conservari, atq' conditionem eorum meliore
fieri faciant et attendant, atq' ea non nisi quibus bene possessionis in ad-
ministracionem seu per Arendam dimittant ac dimitti curent pro gratia no-
stra et Officiorum suorum debito. In cuius rei fidem presentes Sigillo Regni

communini iurimus. Datum Varsaviae die decima Mensis May, Anno Domi-
ni Millmo Sexcentesimo Sexagesimo Septimo. Regnorum nostrorum Poloniae XIX
Pruviae vero XX. Anno. Joannes Casimirus Rex. Locus Sigilli Maionis Cancel-
lariae Regni. Stephanus Hankiewicz Sacrae Regiae MAj. Senus mppa Con-
sensus recipiendi Summam certam ex Censu reemptionali Ppbi Magistrati
Sandominien' et in Bonis eiusdem Civitatis inscriber. Tandem lau-

di est tenor eiusmodi. Actum in Praetorio Sandominien'
Sabbatho pridie Dominicae Misericordiae diei vigesima tertia Aprilis, Anno
Domini Millmo Sexcentesimo Sexagesimo Septimo. Spectabiles, Jamati et
Honesti Joannes Matecki Pro Consul, Stanislaus Wodecki, Andreas Nahay-
ski, Joannes Przepinski residentes, Laurentius Rwak, Andreas Kapusto-
wicz, Michael Zegartowicz antiqui Consules Sandominien', Albertus Lody-
kowski Advocatus, Stanislaus Szuka, Chrystophorus Zylski, Stephanus Sta-
bewski, Scabini, Matthaeus Wysocki, Thomas Kaybot, Archimagistri Contuber-
ny Sartorum, Martinus Pklavczyk, Paulus Strocwaz, Archimagistri Lito-
rum. Albertus Nawrocki Archimagister tela textorum. Matthias Legot
Pellio. Joannes Misnowski, Joannes Krawiec, Simon Drabkowicz, Stanislas

Tarnatowski Sartores. Albertus Swiękowski Braxeator. Stanislaus Mar-
kowiec et Ignacius Lytowiec Ferrifabri. Matthias Chusica Sutor. Sta-
nislaus Dypellanowiec Murator. Stanislaus Purczynski Chirurgus. Christo-
phorus Zabęcki Archi Magister Salicidarum. Matthias Bednarz, Thomas
Jurkowski in prætorium ratione infrascriptorum congregati, attendentes
quot et quanta debita apud diuersas personas in rem Ciuitatis et exo-
nerationem Incolarum, præcipuè uero ob intolerabiles Contributiones hy-
bernales et Læneales atq; sustentationes et contentationes tam consisten-
tium quam prætereuntium militum, tum difficilem exolutionem publica-
rum Contributionu, ob notabilem Ciuitatis desolationem, inopiam Incola-
rum et defectum Artificum, tum pro diuersis causis ad varia Iudiciorum
Subsellia hætenus contracta, quorum exolutioni propter exuiscerationem
Incolarum et attenuatos Ciuitatis hæcæ temporis calamitate proventus
sufficere non possunt. Expropter in exolutionem memoratoru debitorum
Summam solutioni eidem sufficientem Quatuor ad minimum Millium florenoru
Polon' modo obligatio Super Bona publica Ciuitatis sue acquirendam esse
constituerunt; cumq; eiusmodi Summa apud Per Illrem et Adm' R. Dnum
Sebastianum Kokwinski I. V. Doctorem, Archidiaconu et Offlem San-
dominien' Parochum Osiek, ex antiquo Benefactorem et Patronu suum
modus adinuentus, pro eadem obtinenda cum prædicto Per Illre et Adm'
Rndo Dno Archidiacono et Officiali conferendum esse laudauerunt,
unanimitibusq; votis sanauerunt. Et Protocollo Actorum Consularium
Sandominien' extraditum. Christophorus Zabęcki Notarius Ciuitatis
Sacra Regia Mlti' Sandominien' manu propria. Locus Sigilli Ciuitatis
eiusdem. Per Illre et Adm' Rdo Sebastiano Kokwinski I. V. Do-
ctori, Archidiacono et Offli' Sandominien', Parocho in Osiek, eiusq; Suc-
cessoribus per illum Ordinandis seu Testamento ultima voluntatis le-
gandis et assignandis Summam Censu annui Ducentorum Octuaginta
florenoru pecunia Polon' pro Summa Capitali Quatuor Millium florenoz

pecunia Polon' monetae et numeri in Regno currentis, florenum quemlibet
 grossis triginta Polonicis computando, iam exiunc de manibz eiusdem
 Adm' Rdi' Kokwinski Archidiaconi et Officialis Sandominien' tenata, de
 qua ipsum presentibus quietant et liberum faciunt, in et Super Bonis Ci-

uitatis Sandominien' proprijs ut pote Pradys duobus antiquo et nouiter
 iure empti acquisito Szuaniski dicto, Molendino, Villis Radoski, Ocinek

et Dreczyca dictis, omnibusq; et singulis Bonorum eorundem fructibus, pro-

uentibus, redditibus, commodis et utilitatibus, attinentibusq; et pertinentis,

adiacentis et adherentis qualiter vniuersis, nullis penitus exceptis, nec

pro se, suisq; Succedaneis aut alio quopiam reservatis, sed omnibus in gene-

re et singulis in specie comprehensis, generi per speciem et e contra in nul-

lo derogando, verum ita late, longe, circumferentialiterq; prout Patro' Bo-

norum hereditas se in suis metis et limitibus extendit et continetur, et

prout eadem Bona ipsimet Recognoscentes tenuerunt, habuerunt et possi-

debant, tenereq; habere et possidere debebant et tenebantur; Jam exiunc

in vim redemptionis alias na Wyderkaff inscripserunt et vendiderunt, pro-

ut inscribunt et vendunt presentibus perpetuo et in aeuum. Quam qui-

dem summam suprascriptam Ducentorum Octuaginta florenoy Polon' mo-

netae et numeri praemissorum census annui ydem Recognoscentes Procon-

sul, Consules, Advocatq; Scabini, totaq; Communitas Ciuitatis Sandominien'

inscribunt se et obligant suis cum Successoribus et Succedaneis prae-
 minato Per Illm' et Adm' Rdo Sebastiano Kokwinski Archidiacono et
 Officiali Sandominien', vel eius Successoribus per eum ordinandis vel
 Testamento assignandis singulis annis pro quolibet Festo Natiuitatis
 Sancti Joannis Baptistae incipiendo eiusmodi solutionem a Festo Na-
 talis Sancti Joannis Baptistae in Anno Millesimo Sexcentesimo Sexa-
 gesimo Octauo venturo et sic consequenter pro eodem Festo quotan-
 nis mediante manuali quietatione (qua pro authentica censeri de-
 bet) eidem Per Illm' et Adm' Rdo Archidiacono Sandominien', vel

ipsius Successoribus Testamento aut ordinatione assignandis in perpetuum
vel quousq; ex Bonis prænominatis Summa Capitalis deportata non fue-
rit dare, solvere et realiter per suum Nuntium ad residentiam eius vel
ipsius Successorum Testamento aut ordinatione assignandorum transmittere,
idq; sub radio Summa Capitali correspondenti videlicet Quatuor Millium
Florenoru Polon' per eosdem Recognoscentes Spbler ac Janatos Civis Sando-
minien' vel eorum Successores Succedaneosq; prænominato Per Illi et Adm' D^o
Sebastiano Kokwinski Archidiacono et Offli' Sandomirien' vel eius Successori-
bus per illum ordinandis vel Testamento assignandis in casu non solutionis
census eiusdem annui pro tempore et loco supra expressis tam in toto quam
in parte toties quoties opus fuerit irremissibiliter succumbendo. Insuper præ-
fati Recognoscentes Spbler ac Janati Pro Consul, Consules, Advocatz, Scabini,
totaq; Communitas Civitatis Sandomirien' suis cum Successoribus Succedaneis
de et super Bonis suis qualiter omnibus præfatis, prænominato Per Illi
et Adm' D^o Sebastiano Kokwinski Archidiacono et Offli' Sandomirien'
et eius Successoribus Testamento aut ordinatione assignandis inscribunt se
et obligant quod debent ac tenebuntur ante exemptionem Bonoru præno-
minatorum Summa Capitali et Censu oneratorum Duodecim Septimanis
Citatione officiosa Castren' auisare, eiusq; posita relationem ad Acta Offi-
cy presentis vel pro illo tempore vacanti bus Actis Pentis Officy in
viciniori Castro inscribere postquam in tempore exemptionis moneta protunc
in Regno currenti summam ipsam principalem, videlicet Quatuor Milli-
um florenorum Polon' ad manus ipsius Adm' D^o Kokwinski Archi-
diaconi Sandomirien' siue eius Successorum quos Testamento seu Ordinati-
one assignaverit realiter et in effectu persolvere ac reponere. Et iam
exnunc superscripti Recognoscentes dant et admittunt presentibus præno-
minato Per Illi et Adm' D^o Archidiacono et Officiali Sandomirien', et
eius Successoribus Testamento aut ordinatione assignandis in Bona præ-
nominata pro Summa suprascrip'ta vendita realem Intromissionem et acta-

alem pacificamq; possessionem cum presentaneo usufructu quandoque volu-
 erit acceptandam per Ministerialem Regni Generalem quemcumq; sibi ad
 id duxerit eligendum, ipsi iam exnunc ab officio presenti ad id additu
 et deputatum, per ipsum Adm^o Rndum Archidiaconu Sandominen^o vel
 eius Successores Testamento aut Ordinatione assignandos bona prefata te-
 nendi, habendi, possidendi, pacificq; et quiete usufruendi, ac ad suos suo-
 rumq; prefatorum Successorum beneplacitos quousvis usus liberè conuer-
 tendi temporibus perpetuis vel quousq; Summa Capitalis ex Bonis præ-
 nominatis deportata non fuerit. Debentq; et tenebuntur prænominati Re-
 cognoscere Cives Sandominen^o prout se suis cum Succedaneis Super Bo-
 nis suis prefatis omnibus venditis inscribunt et obligant prædictum
 Adm^o R^o Archidiaconu Sandominen^o et eius Successores Testamento a-
 ut Ordinatione assignandos ab omni impetitione Juridica quarumcumq;
 personarum Status, Sexus et conditionis ac præminentie cuiusvis existen-
 tium in omni Iudicio et officio Regni ratione Bonorum prefatorum
 venditorum exoriunda per omnes præscriptiones Terrestres, prout ad quam-
 libet personam Terrestri spectat præscriptio toties quoties opus fuerit,
 tam in toto quam in parte tueri, defendere, euincere, intercedere, ac
 ubilibet indemnem et eius Successores Testamento aut Ordinatione assi-
 gnandos indemnes reddere et facere Inscriptionis præsentis Venditionis
 vigore et nexu. Necnon Bona prefata tam in toto quam in parte ab
 omnibus Iuribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus, tum
 etiam à quibusvis Citationibus in eadem Bona importatis et impor-
 tandis, Quærens deniq; et perlucris ac Processibus Iuris quibusvis in eis-
 dem Bonis venditis, obtentis et obtinendis emundare et liberare
 mundaq; et libera semper facere, ita vt eadem Bona idem Adm^o R^o
 Archidiaconus Sandominen^o suis cum Successoribus prefatis vigore

Inscriptio

Inscriptionis presentis pacifice tenere et possidere queat. Nec debent
predicti Recognoscentes Cives Sandominiensis et eorum Succedanei pre-
nominato Per Illm^o et Adm^o R^o Archidiacono Sandominiensis aut eius
Successoribus Testamento aut Ordinatione assignandis prefatam Intro-
missionem cum possessione per se illi coram Officio presenti admissam in
eisdem Bonis denegare imò tenebuntur suis cum Succedaneis eandem
effectualiter dare et liberè admittere, datamq^{ue} et admissam quouis mo-
do tam per se quam per suas quasvis submissas et subordinatas perso-
nas non adimere nec præpedire ac in prænominatis Bonis eundem
Adm^o R^o Archidiacono Sandominiensis et eius prefatos Successores tam
in toto quam in parte non iniuriari, idq^{ue} sub vadio Quatuor millium
florenorū pecuniæ Polon^o per eosdem Recognoscentes Proconsulem Consu-
les, Aduocatum, Scabinos ac totam Communitatē Sandominiensis vel
eorum Succedaneos prænominato Per Illm^o et Adm^o R^o Sebastiano Ko-
kwinski Archidiacono Sandominiensis vel eius Successoribus Testamen-
to aut Ordinatione assignandis in Casu non completionis præmissorū
omnium et singulorum tam in toto quam in parte, toties quoties
opus fuerit ad soluendum succumbendo. Pro quibus quidem vadijs
prefatis seorsuis ac re aliqua Principali ex præmissis non completa
complenda nihilominus citati existentes memorati Recognoscentes vel
eorum Succedanei ad Instantiam Per Illm^o et Adm^o R^o Archi-
diaconi Sandominiensis vel eius Successorum Testamento aut Ordina-
tionē assignandorum ad Officium præsens Castren^o Capitani San-
dominiensis extunc recessu quo ad respondendum et Inscriptioni præ-
senti in toto satisfaciendum Superiori mediante, in primo cita-
tionis Terminis tanquam peremptoris stare, parere, respondere,
pro vadijsq^{ue} prefatis ac re aliqua principali ex præmissis non

completa

completa satisfacere debebunt ac tenebuntur, seque ac suos obligant posteros eandem primum peremptorium Terminum et alios omnes consequentes Cause eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate Successorum, Legatione intra vel extra Regnum, seruitio militari ac ad munimenta vel alijs quibusuis legalibus impedimentis et dilacionibus non differendo. Ad Quietationem vltra proximos Officij presentis Castren' Capitaneatq; Sandominien' Terminos dilacionem sibi non recipiendo, nullasq; motiones, appellaciones ac earum prosecutiones faciundo, tum premissa omnia pœnis simplicibus vel triplicatis, fusionsibus, fatalis Iuris, prescriptione Terrestri, bello conuentioneque et alijs quibusuis Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo quouis euadendo Recognitione presentis ad premissa omnia et singula accedente. Originalia vero tam preinserti Sacra Regia M^{te} Consensus, quam Laudi Suprascripti idem Rex Ill^{us} et Adm^{us} R^{adus} Archidiaconus Sandominien' ad se recepit et de receptis Officium presens quietauit. Actum in Castro Sandominensi Sabbatho post festum Sacra-

tissimi Corporis Christi Domini proximo, Anno eiusdem Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Septimo. Correxit Lutostanski. Andreas Dunin Karwicki Iudex et Vice Capitaneus Castri Sandominien' Impa-
 Locus † Sigilli. Sequitur prefataru' Summaru' Principalium et Censuum ab yis prouenien' Synopsis et specificatio, ac distributionu' eiusde' Summae Censualis pro Lampadis prouisione, Anniuersarijs celebrandis, solutione mercedis Musicoru' Ordinatio facta per D. Fundatorem. tenoris sequentis. Quamuis vero binæ tantum Inscriptiones, Prima videlicet, Censu annui receptionalis Quabingentorum Viginthi florenoru' Polon' pro Summa Capitali

Sex millium florenorū pecunia Polon' per Dnōm Michaelē Stradomski
 in et super Bonis Villarum Sadowie et Ruszkow in Castro Sandominiez
 Jena Sexta post Festum S. Matthai Apli et Euangelistae proxima An-
 no millmo Sexcentmo Sexagmo quarto inscripta; Altera vero Quadringsen-
torum et viginti similiter florenorū Polon' pro simili Summa Sex millium
 floren' pecunia Polon' per Magraturum et Vniuersitatē Ciuitatis Sandominien
 in et super Bonis Prædy et Villarū Radoski, Wysiadlow et Ovinekaf-
Securatt in Ereptione Foundationis Musices per Illrūm et Rndyssimū D
Andream Trebicki Episcopum Cracouien', Ducem Seuenice approbato conti-
 neantur; Jam autem alia Inscriptiones ad eandem Foundationem spectan-
 tes, videlicet in ordine Tertia Censūs annui reemptionalis Nouingen-
torum octuaginta florenorū pro Summā Capitali Quatuordecem Millium flo-
 renorum per Vniuersitatem Judaorum Cracouien' et Sandominien' Palatina-
tuum in et super Bonis quibusuis et Synagogis ipsorum coram Acis Ca-
stri Sandominien' Jena Secunda in Crastino Festi S. Andrea Apli, Anno
 Dni millmo Sexcentmo Sexagmo quarto recogniti; Item Inscriptio in
ordine quarta Censūs annui reemptionalis Ducentorum Octuaginta flo-
 renorum Polon' pro Summā Capitali Quatuor millium floren' pecunie Po-
 lon' per Magnificū Andream Jannem a Racioborsko Morzyn Refere-
rendarium Regni, Zauichosten' Capneum in et super Bonis ipsius here-
 ditarijs, videlicet Villa Ztotniki coram Acis eiusdem Castri Sandominien'
Sabbatho post Festum S. Valentini Martyris proximo, Anno Dni Millesi-
mo Sexcentesimo Sexagesimo Sexto venditi; Adextremum Inscriptio in
ordine quinta Censūs annui reemptions eadem Ducentorum Octuaginta flo-
 renorū Polon' pro Summa Capitali eadem Quatuor millium florenorū Polon' per
Magistratum et Vniuersitatē Ciuitatis Sandominien', in et super Bonis eiusdem
Ciuitatis Sandominien' proprijs, vt potē Prædy duobus, antiquo et nouis-
ter iure empti acquisito Szuczinski dicto, molendino, villis Radoski,
Ovinek et Treczyca dicti et alys omnibus ac singulis Bonorū eorun-

Summa origi-
 nalis 4000
 in Bonis Ciuitatis
Sadowie.

dem fructibus in Officiis Castri Sandomirien' Sabbatho post Festum Sacratissimi
 Corporis Christi Domini proximo, Anno eiusdem millm^o Sexcentmo Sexagesimo
 Septimo assecurati, in eandem Frectionem non sint inserta, nihilominus huiusmo-
 di consequentes Inscriptiones, videlicet in ordine Tertia, Quarta et Quinta
 eundem Valorem ac effectum approbationis et appositae manus Authoritatis
 supramemorati Illm^o et Indisim^o D. Episcopi Cracouien' Ducis Sauerig Sorti-
 untur, prout et binæ priores vct^o in ordine Prima et Secunda Inscriptiones
 sortitæ sunt: idq^{ue} vigore clausulae ad finem suprascriptæ Frectionis D. Fun-
 datori reseruatae, cuius est Textus: Saluam tamen auctiorem hmoi
 Fundationis eidem D. Fundatori in posterum reseruando, omnesq^{ue} et
 singulos defectus. Jam itaq^{ue} cum pro totali Fundatione Musices,
 et provisione seui ad lampadem ante imaginem Crucifixi perpetuo arsu-
 ram; necnon pro Anniversarijs pro Anima sua celebrandis Dn^o Fun-
 dator summam Capitalem Triginta et quatuor Millium florenoru' et qui-
 dem completiue sit elargitus, à quâ originali Summa annuatim Duo
 millia et Trecenti Octuaginta floreni pecunia Polon^o proueniunt. Ideo
 continuando piam intentionem fundationis suæ, talem Censuræ prædi-
 cti facit et ordinat distributionem. Ac imprimis ex præfata Summa
 Censuali Duorum millium et Trecentorum Octuaginta florenoru' dem-
 ptis Centum florenis, eosdem extra salaria Musicorum taliter ac
 auternè conuertendos esse assignat. Adm^o Rndis DD. Canoni-
 cis Concionatoribus Ecclesie huius Collatæ, nunc et pro tempore exis-
 tentibus vel in absentia ipsorum, altericuiquam Dno Canonico aut
 etiam in defectu horum omnium, cuiuscunq^{ue} actu Presbro Ecclesie eius-
 dem floreni tres pro quolibet quartuali ad effectum Missæ Re-
 quiem pro Anima D. Fundatoris celebrandæ et decantandæ.
 cedent, ex quibus florenis tribus grossi duodecim detrahentur
 Celebranti Missam et soluentur Ministrantibus. Et ita quolibet
 quartuali celebrabitur et decantabitur Missa Requiem adinstar

Anniuersary pro Anima D. Fundatoris, quam Missam Requiem (vt supra
in Ordinatione prefati D. Fundatoris expressum est) omnes et singu-
li Vocalistæ et Instrumentalistæ uocibus et instrumentis decantabunt. Flo-
reni itaq; duodecim pro integro Anno celebrantibus Missam prefatam et Mini-
strantibus assignantur. Jam autem pro cera, uino et apparatu floreni octo.
Pro seuo fixo mundo ad Lampadem (quam memoratus D. Fundator ere-
xit et argenteam sumptu proprio fieri procurauit) ante Passionem (Crucifi-
xi Domini Nri IESU CHRISTI (cuius Passionem memoratq; D. Fun-
dator Arcum Triumphalem itidem sumptibus proprijs erexit) in medio
Ecclesiæ huius Collegiæ die noctuq; temporibus perpetuis arsuram, et abys
quibusuis necessitatibus ad eandem Lampadem prouidendam spectantibus
cedent annualim floreni Sexaginta. Cuius Lampadis administratio,
et seui pini mundi ac fixi cura et prouisio ad totam Communitatem Mu-
sicorum, effectiuè autem ad ipsummet Magistrum Capellæ pertinebit: in
qua Lampadis administratione si Magister Capellæ negligens notatus
fuerit, ipso facto pœnâ priuationis Officij sui et mercedis deseruitæ mul-
tabitur à V. Capitulo. Pro Partis tectis conseruandis florenis Vnginti Po-
lonicis quotannis Magister Capellæ reponet in Arca, quam in Capitulo
Archiuo conseruabit, et vnâ clauem ab eadem Arca Magister Capellæ al-
teram uerò clauem idq; diuersæ formæ Canonici Conuocatores (non autem moder-
ni uidelicet Adm. Ptri. Venceslaus Kosteki et Paulus Falkowski, quos D.
Fundator à regimine, dispositione et protectione eiusdem Fundationis Musicorum
liberos alienos fore debere declarat, prout et in præmissis per speciale Rescriptum
Illustrissimi et Reuerendissimi D. Episcopi Cracouien. sunt abrogati ac exempti quo-
rum locum in huiusmodi functione Executors Testamenti eiusdem D. Funda-
toris supplebunt usq; ad Successores modernorum Canonorum (Conuocatorum)
cum Praeceptore Mansionariorum penes se habebunt, vt non nisi omnibus con-
suis et presentibus prædicta Arca aperiat, quoties pecunia annualim

reponenda et conseruanda venient, et quoties pro reficiendis aedibus habitacionis Col-
legij Musicorum sumptus impendere necessarium fuerit. Quoniam D. Fundator praecauit et sub reatu peccati mortalis pena excommunicationis prohibet, ne pecunia
modo praedicto ad Arcam comportata, vsibus alys (sicut in Ordinatione priori
floreni decem, hic autem circa autione Summae principalis, floreni viginti reponen-
di pro factis tectis assignantur per D. Fundatorem, in eo puncto standum est po-
steriori Ordinationi D. Fundatoris, qua corrigi priorem, ut non decem sed viginti
floreni quotannis pro aedificijs reponantur annuatim, neq' ex hac Summa pro factis
his tectis prouenienti quidquam conuertatur ad coemenda Instrumenta Musicorum,
in quo etiam priorem suam Ordinationem corrigi D. Fundator) unquam appli-
cetur, praeterquam fabricae necessariae ac restaurationi Domus, si videlicet te-
ctum perpluat, aut panctes ex vetustate temporis vaillent, siue casu aliquo
aut infortunio ignis, quod Deus auertat, absumantur. Ad quae aedificia si ex
parte fuerint reparanda, Magister Capellae; si vero ex fundamento venerint re-
aedificanda, huic aedificio Canonici Conuicatorum cum Praeantore Mansiona-
riorum et Magistro Capellae attendent. Caeterum successu temporis ubi Do-
mum habitacionis retinere primaeuam suam integritatem in omnibus, pecunie-
am vero ad reficiendum ipsius statum destinata et modo praemisso con-
seruata in notabilem Summam excrecere contigerit, tunc toties relicta
proportionali pro reparatione seu aedificatione Domus Summa, reliquam pe-
cuniam poterunt suprascripti Canonici Conuicatorum, simul cum Praeantore Mansio-
nariorum et Magistro Capellae, consulto tamen hac in parte prius Vobli Ca-
pitulo Pandominen' in censum reemptionalem collocare, cuius census medietas
iterum pro reparatione Aedium per Magrum Capellae, cum situ Canonum
Conuicatorum et Praeantoris Mansionarioru' ut supra expressum est ad Ar-
cam conseruabitur; medietas vero altera inter Musicos ex aequo diuiden-
da cedit: Salua prout ordinatum est, annuali Ordinaria pecunia portio-
nis ad Arcam pro reparatione Domus repositione semper manente. Iam

Summa censualis Duorum millium et Ducentorum Octuaginta florenoru Poloni-
calium inter Musicos per Magistrum Capellæ, cum situ tamen Canonico-
rum Concionatorum et Praecentore Mansionanorum taliter distribuetur. In-
primis Magister Capellæ (qui etiam cantum Tenoris, aut alterius alicuius
vouis per se supplebit) tollet pro persona sua annuatim florenoru Sexcen-
tos. Discantistis duobus qui fuerint vouis elegantioris, singulis Centum
floreni annuatim cedent, quibus Magister Capellæ iuxta beneplacitum suum
vel per Quartualia mercedem soluet, vel etiam ipsos per se fouebit, et illo-
rum pecuniam pro se recipiet, huiusmodi Discantistas frequentare Scholas non
permittet, prout in superiori Ordinatione præmissum est. Fidicini primi Chori
floreni Ducenti quadraginta. Fidicini Secundi Chori floreni Ducenti qua-
draginta. Violistæ itidem floreni Ducenti quadraginta. Quartpuranistæ
itidem floreni Ducenti quadraginta. Altistæ totidem floreni Ducenti
quadraginta. Bassistæ totidem floreni Ducenti quadraginta. Organario
autem quem ex more antiquo V. Caplum salariat, auctioris floreni Quadra-
ginta pro integro anno soluentur, non autem generatim, sed per Quartua-
lia vel etiam per Menses, prout commodius videbitur Magro Capellæ. Cuius
mercedis solutionem semper habebit idem Magister Capellæ in viridi obser-
uantia, et in eo seruo animaduertet, cum si alterutrum Vocalistam et
Musicum, altero in arte et modulamine vouis perfectiorem viderit, huic uti
magis perito Salarium augebit ex eo, quod detraxerit alteri minus pe-
rito, ita tamen ut et ille, cui, aliquid de portione seu mercede ipsius detrahe-
tur, officium suum totaliter adimpleat et exerceat, neq' villo peritus præ-
textu vel ingenio Magister Capellæ hoc, quod detrahet tam ex defectu
habilitatis Vocalistarum et Instrumentalistarum, quam ex negligentys, absen-
tys et carentys ipsorum desumat, in suum proprium commodum et vsum, idq'
sub pena priuationis officij sui, sed tantum iuxta Ordinationem D. Fun-
dationis ut supra expressum est, conuertet; quibus omnibus Canonici Con-
cionatores (exceptis modernis prout supra dictum est) cum Praecentore

Solutionis quæta
per quartualia

Mansionanorum nunc et pro tempore existenti omnes in simul et quilibet eorum in solidum attendent. Nihilominus tamen suprascripti Canonici Conuocatores cum Praeceptore Mansionanorum ad electionem Musicorum non se intromittent, quod totaliter ad Magrum Capellae spectabit, cuius iudicio, pietati et dextentati hoc negotium electiuum Musicorum committitur, et ut tales vocalistas et Instrumentalistas qui simul ac respectiue sint ad psallendum et citharizandum habiles, eligat, assumat et foueat, a D. Fundatore in Consuetudine obligatur. Quidquid autem stante vita D. Fundatoris Censum per Censitas retentum fuerit, id totum pro auctione eiusdem fundationis Musicorum conuertere debet ex eo respectu; quia D. Fundator supplendo defectum solutionis huiusmodi Censuum, summam pecuniae pro proprio peculio in executionem mercedis deseruitae pro Musiciis impendit, quam in auctiorem fundationis huiusmodi conuertere debuit. Si autem post fata D. Fundatoris aliquo tempore ob retentos Censuum, in Musiciis defectus aliquis fieri deberet, postulat D. Fundator a V. Caplo, cui die Venenij 18 Februarij Anno Dni 1672do hanc suam fundationem subiecit ac commisit, ut interim pecuniam Capitulari ecclesie Musicorum subleuet ac saluet, quam postea ex Censibus eundem recipiet. Et licet D.D. Canonici Conuocatores, Praeceptor Mansionanorum et Magrus Capellae eiusdem fundationis Musicorum dispositione, patrocinium et regimen antea sicut supra exposui commiserat, sed uerendo minus efficace opera ipsorum in hac functione adimplere, ideo hanc suam facultatem dictis Conuocatoribus Canonis, Praeceptor Mansionanorum et Magro Capellae datam extinguit et abrogat, huiusmodi patrocinium, dispositionem et regimen, ac adificiorum Collegij Musicorum conseruationem et reparationem, lampadisq; per se fundatae prouisione in V. Caplum et eius Procurem transfundit et transfert, ita ut totaliter haec fundatio a V. Caplo disponere et regimine perpetuo dependeat et solutio quantalium pro Musiciis per D. Procurem fiet, cuius calculatio ex Regestris ad id se paratim preparatis sub tempore Orator Capli accurate expedietur simul et una cura calculatione prouentuum et expensarum Caplanum. Et ne huiusmodi superattententia et regimine huius Collegij Musicorum grauari uideatur V. Caplum, ideo D. Fundator ex ordinario Censu et massa prouentuum annualis ad idem Collegium Musicorum spectantem, raris suscipit regimini floren. Triginta, D. autem Procurem pro obsequijs et laboribus in Capli et negotijs dicti Collegij Musicorum adimplendis floren. Triginta desumendos et annuatim ac perse huiusmodi desumendos a Signat. Item ex eodem ordinario prouentibus, sumptibus pro euincendis Censibus ipsorum desumendos et cuiuslibet Musiciis lucta prouisione ex salarijs detrahendis constituetur.

Audito Censu pro Canonicis Concionatoribus
seruientibus, per Illr^m et Adm^m R^m D. Sebastia-
num Kokwinski L.V.D. Archidiaconū et Officem
Sandomiriensem, facta, sequitur huiusmodi.

Comparens personaliter coram Officio et Actis presentibus Castren^s Capitani
Sandomiriensis Infideles Seniores, Marcus Moyzesowicz Opatowien^s, Lewek Mar-
Kiewicz Sydotowien^s, Isaac Jozefowicz Chencinen^s, Jacobus Jozefowicz It-
kusiens^s, Lewek Chenekowicz Pinyowien^s, Jacobus Lewkowicz Wodzistawien^s,
Lewek Samuelowicz Itkusiens^s, Zygmunt Samuelowicz Wysznicen^s, Jelen^s Syn-
dicus Sandomiriensis Synagogarum, suis et totarum Communitatum Iudaeorum
cuiuslibet Ciuitatis et Oppidorum ad quamlibet Iurisdictionem pertinen^s, ut pote
Opatowien^s tam Iudaeorum in eodem Oppido, quam et Oppidorum Tartow, Oza-
row, Strowiec, Iwaniska, Klimuntow, Mielec, Zochow, Lokotow, Rudnik
Iurisdictioni Synagoga seu potestati sua Senioratus Opatowien^s subiectorum,
Sydotowien^s suo quoq^{ue} et Iudaeorum in eodem Oppido, tum Ciuitatibus et Oppidis
Neocorinen^s, Potanecen^s, Paganowien^s, Wysznicen^s, Rakowien^s, Tarnowien^s, Bozorien^s,
Rymarowien^s et aliorum Iurisdictioni eadem Sydotowien^s siue Synagoga subie-
ctorum. Chencinen^s ibidem suo et Iudaeorum in Ciuitate eadem, tum Oppidis
Koniepsle, Opoczno, Przedborz, Radostyce et alijs Iurisdictioni sua sub-
iectorum. Itkusiens^s suis et Iudaeorum tam eiusdem Oppidi, quam et
Oppidorum Otwiecam et Bedziny Iurisdictionis Synagoga eiusdem. Piny-
owien^s tam eiusdem Oppidi Iudaeorum, quam et aliorum in Oppidis Le-
tow, Secamin^s existentium, Synagoga ibidem et Iurisdictioni eadem subie-
ctorum. Wodzistawien^s suo, et totius Communitatis Iudaeorum ibidem ma-
nentium. Wysznicen^s suo, et totius Communitatis Oppidi eiusdem Iudaeo-
rum ibidem existentium, pro quorum quidem Iudaeorum omnium et sin-
gularum seu Communitatum eorum tam in Ciuitatibus et Oppidis Superi-
us expressis, quam et in Oppido Stobnica, adiacentysq^{ue} eiusdem Iurisdictioni
Iudaeorum Oppidi praetacti spectant, tum etiam in Ciuitatibus, Oppidis, villis

hic non nominatis, sed ad iurisdictionem eorum modo quouis respectiue ad quamlibet Synagogam pertinent, qua Communitates licet hic non specificantur, pro specificatis tamen et expressis censi debent, ratihabonem cauent, ac se in forma iuris quam plenissima inscribunt nominibus, sicut Preceden' recognouerunt et quilibet recognouit. Quia ipsi de manibus Personarum et Adm' Rudi Sebastiani Kokuinski Archidiaconi et Officialis Pandominensis, Parochi in Osiek, Summam Sex Milium florenoru pecunie Polon' pro vrgenti necessitate sui Regnium, totiusq' Communitatis Iudaorum suprasptarum Civitatum et Oppidorum, aliorumq' Oppidorum et Villarum hic non expressarum ad Iurisdictiones suas modo premisso spectantium tulerunt et effectualiter levauerunt. Pro qua quidem Summa per se Recognoscentes ut premissum est realiter levata (de qua ipsum presentibus quietant) eidem Personis et Adm' Rdo Archidiacono et Officiali Pandominensi et eius Successoribus Testamento ultima Voluntatis sua, seu alia dispositione et Ordinatione eius declarandis, et nominandis, tempore vero exitibus Summam Census annui per florenos Septuaginta Polon' a quibuslibet Mille florenis Polon' computando a tota Summa Capitali effluentem Summam Quadringentorum Viginti floren' Polon' in et super generaliter omnibus bonis suis, videlicet agris, fundis, arvis, Synagogis, lapideis, domibus, pratis, campis, lacubus, Stagnis, piscinis, molendinis, omnibusq' et singulis eorum possessionibus, mercibus, mercimonijs in quacumq' materia et forma et specie existentibus, pro nunc habitis et in posterum habendis, tum Summis pecuniarijs apud quascumq' Personas, Status Lexus et conditionis cuiusvis existentibus modo ac Iuris titulo quouis assecuratis itidem habitis et habendis, generaliterq' omnibus bonis suis mobilibus et immobilibus cum omni premisorum Jure, Dominio, proprietate, propinquitate, tituloq' hereditario, omnibusq' et singulis premisorum Bonorum fructibus, proventibus, redditibus, commodis, utilitatibus, attinentijsq' et pertinentijs generaliter univ'ersis, nullis penitus exceptis, nec pro se suisq' Successoribus aut alio quopiam reservatis, sed omnibus in genere et singulis in specie comprehensis, generi per speciem et e contra in nullo derogando, in vim tamen Reemptio-

nis, als na Wyderkaff in perpetuum vendunt, inscribunt et assecurant. Quem
quidem Censum Annuum inscribunt se suis cum Successoribus et Communitatibus
Judaorum pro tempore existen' predictarum Civitatum, Oppidorum ac Villarū
suprascripto Per Illi^m Kokwinski et eius Successoribus Testamento seu alia
quavis Ordinatione declarandis pro tempore vero existentibus singulis annis
pro quolibet festo Purificationis Beatissimæ Virginis Mariæ totalem Censum
incipiendo eiusmodi solutionem à festo eodem in Anno Millmo Sexcentmo
Septuagesimo Primo futuro et incidenti, et sic consequenter singulis annis et
interis temporibus ad manus eiusdem Per Illi^m Kokwinski vel eius Success
sorū modo suprascripto Ordinandorum et per ipsum declarandorum pro tempore
existentium mediante Quitatione ad Acta præsentia quotannis recognoscen
da realr et in effectu solvere, numerare et per Seniores Civitatis Sandomi
niensis et Oppidi Opatow pro tempore existentes (qui eundem Censum ab
alijs Judæis et Communitatibus recepturos se suis cum Successoribus ac Se
nioribus pro tempore existentibus submitunt et inscribunt) in residentiam
prætacti Per Illi^m Archidiaconi Sandominien' vel eius Successorū Testamen
to ultima Voluntatis eius, seu alia dispositione aut Ordinatione declaran
dorum pro tempore existentium transmittere: Idq. sub vadio Summæ Capita
li Sex Millium Florenorū pecuniæ Polon' corresponden' (tum et ligamen
tis ac Conditionibus eo nomine in Contractu inter partes conscripto spe
cificatis, qua et præsentis Inscriptiōne approbando, eundem Contractum in
se Successores Sucedaneosq. Seniores ac omnes Communitates Judaicas su
prascriptas nunc et pro tempore existentes, assumunt et inonerant) Si vero
et in quantum suprascripti Recognoscentes Judæi vel eorum Successores aut
Sucedanei Seniores ac totæ Communitates Judaicæ pro tempore existentes
Bona sua superius descripta Summa præfata Capitali, necnon et Censu
prætacti annuo onerata emundare voluerint. Sextunc Summam præfa
tam Capitaalem Sex Millium Florenorū pecuniæ Polon' præfata Per Illi^m
Kokwinski vel eius ex Testamento ultima Voluntatis eius, aut alia
dispositione sine Ordinatione declarandis Sucedaneis pro tempore existen
tibus prævia auisatione duodecim Septimanis ante totalem et integram
Summæ repositiōnem coram Offo Gen' literis siue Citatione officiosa

ad Acta Officij presentis per Relationem inscribenda totalem summam individua-
 sam realiter regonere et in effectu enumerare ac persolvere, prout presentis se
 suis cum Successoribus Sucedaneis Senioribus ac totis Communitatibus Judaicis
 pro tempore existentibus inscribunt, obligant, submittunt, obstringunt, debebunt
 ac tenebuntur. In qua quidem Bona omnia et singula superius nominata
 Censu suprascripto annuo et Summa Capitali onerata Intromissionem ex-
 nunc admittunt, Tutitionem, Fuctionem, Emundationem et Paupificationem gene-
 ralem de et super Bonis suis suprascriptis generaliter omnibus habitis et
 habendis cauent: idq; sub vadio alio simili et speciali, Summa Capitali
 correspondenti. Pro quibus Forum in Officio presentis peremptorium. Actum

in Castro Sandominiensi Feria Secunda post Festum Sanctae Prisca Virgi-
 nis proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo. Et. Pr.

thoccolo Inscriptionu Castren' Capitani Sandominiensi rescripto. Andreas
 Dunin Karwicki Judex et Vice Capitani Castren' Sandominiensi mppa Corct
 Kuzkowski mpp Locus I Signilli. Contractus vero cuius in

Inscriptione suprascripta fit mentio, sequitur tenor hu-
 iusmodi. Roku Panskiego Tysiqnego Szescsetnego Siedmdziesiqtego,
 dnia dwudziestego miesiaci Stycznia. Między Jeomaz Kōpdrzem
 Sebaſyanem Kōkwinskim Prawa obojga Doktorem, Archidjakonem
 y Officyatm Sandomierskim, Plebanem Owickim z jednej, a między ni-
 zey opisanymi Starſzymi Zydowskimi z drugiej strony. Stalo się ta-
 kie postanowienie y Kontrakt w ten sposōb. Iz Zydzi nizey opisani
 swoim iako Starſzy tak y wſtykich Zydow w Miastach, miasteczkach,
 wsiach Krakowskiego y Sandomierskiego Wojewodztwa, ktore się w
 Originalney dzis ad effectum infrascriptum przed Aktami Produ San-
 domierskiego przez nichze reznaney y rezynioney Inscriptey specyficuiq;
 imięniem, pro quorum omnium et singulorum ratihabitione cauent, ef-
 fectiue et realiter odliczywszy y odebrawszy Summę Kapitalną Zło-
 tych Polkich Szesc Tysiqcy in moneta moderna currenti z rąk po-

miprio =

153
miejnionego Jm^{ci} Księdza Sebastjana Kokwinskiego Archidyacona y Officyata
Sandomierskiego, a to na czynsz albo wyderkaff Kosciotowi Kollegiaty Sando-
mierskiej do Fundacyey Kanonikow Kaznodziejow Sandomierskich wiecznie nale-
zacy, nie tylko wedlug Zapisu y obliagu swego w Prodyje Sandomierskim dzisiaj v-
czynionego, od Summy pomienionej Kapitalney Dzesi Tysicy złotych Polskich,
czyms zwyczajny roczni, to jest, na Kazdy rok po złotych Polskich czterech
set y dwudziestu przychodzące, a na Dobrach swoich wszystkich tak in presen-
ti habitis iako y na polym habendis, o czym plenissime w Originalney expres-
sum jest Inscriptey zapisany de Anno in Annum czasy wiecznym na dzien
y Swięto Panny Naswiętszey Promieney ptaiit y do Sandomierza do rok

Jesmi^{ci} Księdza Archidyacona y Officyata Sandomierskiego pomienionego, al-
bo tez do rok tego, Kto będzie ad eum effectum z Ordynathey pomienionego
Jesmi^{ci} naznaczoney, odwozic y oddawac obiecia y Submitting się: ale
tez dla więksey pewnosci y niomelnego czynszu ptacznia daia wladza,
pozwalia y zapisują się niniejszym Kontraktem y poddaia się dobro-
wolnie pomienionemu Jesmi^{ci} Księdzu Sebastjanowi Kokwinskiemu Ar-
chidyaconowi y Officyatowi Sandomierskiemu, albo tez temu, Koyobykol-
wiek pomieniony Jm^{ci} z Ordynathey swojej na wiecne odbieranie tego
czynszu postanowiet, aby in defectu zaplaceniu pomienionego czynszu wszy-
tkie towary in quacumq; materia, forma, et specie zostaiące, wszystkich
Zydow pomienionych y Kazdego z osobna Zydai, teraznijszych Reco-
gnoscentes albo Contrahentes y wszystkich następcow ich, a oytym wszy-
tkich Krakowskiego y Sandomierskiego Wojewodztwa, iako w Zapisie
Originalnym specificantur, Zydow, w Miastach, Miasteczkach y Wsiach
mięstkaiących et alias prout in Inscriptioe Originali continetur, do Kro-
ney się ten Kontrakt in toto referuie y stosuje, a wzajmnie Inscriptia
do Kontraktu, na Kazdym miejscu lubo prywatnym lubo publicznym
podczas iarmarku albo targu w Którym kolwiek miesiacu, miasteczku,
wsiach Krolewskich, Duchownych, iako tez y Głucheckich zostaiące,
lubo tez w domach, Sklepaich, Kromiach, Jastach y nawet w wozach

złotone

ztożone amestowat, bez decyzji y bez żadnego Dekretu prawnego zabie-
 rat y one w Sequestrze albo Amestie lubo Produ Sandomierskiego, lubo też
 Konfystorża albo Jurysdykcji Statu Sandomierskiego trzymat y dotąd
 wolno niewypuścić, pski by od pomienionych Żydow y Succesorow ich
 zupełna czynszu w wysp opisane na czas najdłuższy każdego roku nie
 była przez nich wyrzuciona satysfakcja. A żeby też Jesmii księdzu
 Archidyakonowi y Officyatowi pomienionemu y temu który do tego nale-
 żec będzie z Ordynacji Jesmii, nie dala się iaka trudność w wybie-
 raniu czynszu z tej przyczyny; iż tego czynszu płacone do wielu Żydow
 w roznych miastach, miasteczkach y wsiach miejskich referuje się,
 zaczęto by trudne czynszu pomienionego musiało być odbieranie, przeto
 najdłuższą dwu specialiter miast Żydow Starzych y z postęstwem ich
 terażniejszych y następcow ich z Synagogami, to jest Sandomierskich
y Opatowskich, aby czynsz pomieniony zawstę od innych Synagog
albo Universitatibus Żydow odbierali y odebrane Jesmii księdzu
Archidyakonowi y Officyatowi pomienionemu Sandomierskiemu, albo
Komu kolwiek z Ordynacji Jesmii wiecne czynszu pomienionego
odbieranie należec będzie, za kwitem Produ albo też Konfystorża
Sandomierskiego płaćeli y odwozieli: także in defectu solutionis
czynszu pomienionego, pozwy tak z Produ iako y z Duchownego U-
rzędu Sandomierskiego wydane, nie przypozwajac dalszych y odle-
głych Universitates Żydow w miastach, miasteczkach y wsiach,
iako w Zapisie continetur specyfikowanych, w samym tylko Sando-
mierzu y Opatowie Żydom płożone tak wazne być mają, iakoby
w wszystkich miast, miasteczek y Wsi Żydow w Zapisie opisanych przy-
zywano, y tak iedno Zyromadzenie Żydowskie którego kolwiek miast,
miasteczka albo Wsiow, a mianowicie Sandomierza y Opatowa diujsim
et in solidum, iako y w wszystkich coniunctim miast, miasteczek, Wsiow,
Universitatum Żydow w Zapisie specyfikowanych ma y powinna
afficere solutio pomienionego czynszu. A że czynsz albo wyderkaffe

Kosielnego natura jest taka, aby Ktokolwiekgo Kupić za Summę iaką
Kapitałną, niemiat libertatem et dominium do podżurignia, odebrania y
dyssponowania takież Summy Kapitalney, jakiby a Censita ad præsens
Sum effectum nie był officiose requirewany. Do tegoż się y pomieniony Jm
Ksiądz Archidyakon y Officyat Sandomierski stosui prawa y zwyczaj
y z swojmi ex Ordinatione tej Summy Successorami, że się podżurigac y
odbięrac nie będąc powinięni, oprócz gdy by się Eydow w Polsce na iaką
ostatnią zgubę albo znaczną upadek zanośiło, tedy w ten czas wolno
będzie pomienionemu Jm Księdzu Archidyakonowi y Officyatowi Sando-
mierskiemu. (præcauendo indemnitati tej swojej pobożney y chwalebney
Fundacyey) albo Komukolwiek inszemu z Ordynacye Jesmū do odbie-
rania tej Summy naznaczonemu wspomnieć się Ktoyekolwiek Synagoge, al-
bo Zromadzeniu Eydowskiemu lubo w Sandomierzu, lubo w Opatowie zo-
staięcemu y zaraz za pierwszym lubo wtęnym, lubo też y listownym ob-
więstweniem y requizycją a data tej requizycyey et ad eum effectum v-
czynionej manifestacyey in Sex Septimanis tak pierwszą Summę Dwa
Tysiące Czerwonych złotych iusti pondis, Ktore w czterynastu Tysięcy
złotych od pomienionego Jesmū X. Archidyakona y Officyata Sando-
mierskiego (rachując każdy czerwony złoty po siedmiu złotych moneta
currenti) na Fundacyę Muryków do Kosciola Kolegiaty Sandomierskiej
należące odebrali, o czym jest wyraźny zapis w Prodzie Sandomierskim
de Acta Feria Secunda in Crastino Festi Sancti Andree Apostoli An-
no Domini Millmo Sexcentesimo Sexagesimo quarto wzyniony, iako
NB. y terazniejszą Summę szesc Tysięcy Kapitalną currentis monetae, Kto-
rą teraz na czynsz pro auctione Fundationis Canonicon Concionatoŕu tak-
żę odebrali, powinni będą oddać oraz y z czynszem od obojga Summy
Kapitałney zatrzymanem. Jesliby jednak na ten czas za przypadkiem
ostatnią zgubę swojej, niemogli przyść do oddania Dwa Tysięcy czer-
wonych złotych, tedy te Dwa Tysięca Czerwonych złotych, Ktore
się rachują y inkludują (iako wyżej expresseum jest) w Summie czte-
rynastu Tysięcy złotych moneta currentis insz srebreną moneta, iako

na ten czas będzie w Królestwie Polskim powinni będą oddać Jmci Księzemu Archi-
 dyakonowi y Officyatowi pomienionemu, albo temu kto będzie należał ad praemissa
 z Ordynacy pomienionego Jesmci. To też pracaet sobie Jmci X. Archidya-
 kon y Officyat pomieniony, iż jeśli by Żydzi pomienioni y Synagogi ich, albo
 Universitas pomienione Żydowskie chyciwszy się okazyey za podwyższaniem
 ceny czerwonych złotych terazniejszym, które teraz wysły w cenę na złotych
 Trzynastu, chcieli emundare et eliberare samych siebie y Dobra swoje od pta-
 .cenią czynszu od obojga Summy pochodzącego y chcieli by Summę Kapitałną mia-
 nowicie ztote odebrana potrzyć, tedy tej Summy Czternastu Tysięcy złotych,
 Ktorą się zamyka w Summie Dwu Tysięcy czerwonych złotych, Jmci Księzemu
 Archidyakonowi y Officyatowi pomienionemu, albo komu inßemu ex speciali or-
 dinatione ad praemissa należącemu oddawać niepowinni, tylko na ten czas, kie-
 dy czerwone złote do swojej zwyczajney ceny, to jest do złotych Besiu
 a naywięcej złotych siedmi monetae currentis przyjdą y porowca się, iako
 ie sami Żydzi w tejże cenie od Jesmci pomienionego odbierali. Który to
 Kontrakt in omni et singulis illius punctis et clausulis wßytkie wzwyż spe-
 cyfikowane Synagogi albo Universitas Żydowskie w Originalney Inscripcy suf-
 ficienter opisane, Których imięniem Starßy Żydowscy pod tym Kontraktem y w
 Aktach Prodkich na roboracy tegoß Kontraktu y przy Zapisie rejranem
 podpisali się, doży czynić obciug pod przepadkiem y succubitiu Vadium ta-
 kieżie Summy podobney iako wyżej specyfikowana, to jest, Dwu Tysięcy czer-
 wonych złotych pierwszey, y drugiey Summy sześci Tysięcy złotych Polskich
 monetae currentis: takżie et sub pana Dbr ich mobilium et immobilium si-
 ne quouis strepitu iuris na każdym miejscu wolnego odbierania. Co wßytko
 totaliter acceptowali y wßytkim się ligamentom poddali, y dla lepszey uia-
 ry omnium et singulorum praemissorum na tymże Kontrakcie obiedwie się
 Stronie podpisały y Aktami Produ Sandomierskiego on roborowały. Datum
 w Sandomierzu Roku, dnia, miesiąca vt supra. Sebaßyan Kokuński Ar-
 chidyakon y Officyat Sandomierski, Pleban Dieckimppa Locus ꝛ sigilli.
 Nomina autem et cognomina Iudaorum in Contractu sub-

Scripta

Scripta sunt hæc, prout sequuntur. Marek Moyzesowicz z Opatowa
Starbsh Zymski. Lewek Markowicz Zymski Starbsh z Szydłowa. Izaak Jozef-
fowicz Starbsh Zymski z Chęcin. Jakub Jozefowicz Starbsh Zymski z Olkusz. Je-
wek z Praki Starbsh Zymski Pincowski Chęnkowicz. Jaybus Lewkowicz Star-
bsh Zymski z Wodzisławia. Lewek Starbsh Zymski z Olkusz. Lazar Zy-
gmunt Samuelowicz Starbsh Zymski z Wisnicy. Jachym Wulfowicz Starbsh San-
domierski. Jeleni Izaakowicz Bendyk Zymski Generalny. **Robora-**
tionis sup̄ti Contractus coram Offo' et Actis
Castren, Capitan, Sandomiriens, factæ, te-
nor sequitur huiusmodi. Compares personaliter coram
Officio et Actis presen' Castren' Capitan' Sandomiriens' Per Illns et Adm
Ratus Sebastianus Kokwinski Archidiaconus et Officialis Sandomiriens',
Parochus in Osiek, ab una, et Infideles Seniores Marcus Moyzesowicz Opa-
towien', Lewek Markowicz Szydłowien', Izaak Jozefowicz Chęninien', Ja-
cobus Jozefowicz Olkuszien', Lewek Chęnkowicz Pincowien', Jaybus Lew-
kowicz Wodzisławien', Lewek Samuelowicz Olkuszien', Zygmunt Samuelowicz
Wisnycien', Jeleni Syndicus Sandomiriens' Synagogarum, suis et totarum Commu-
nitatum Judæorum cuiuslibet Civitatis et Oppidorum ad quamlibet Jurisdic-
tionem pertinen', ut potè Opatowien', tam Judæorum in eodem Oppido, quam
et Oppidorum Tawlow, Ozarow, Ostrowiec, Iwaniska, Klimuntow, Mielec,
Zochow, Sokolow, Ludwik Jurisdictioni Synagoga seu potestati sue Senio-
ratus Opatowien' subiectorum; Szydłowien' suo quoq' et Judæorum in eo-
dem Oppido, tum Civitatibus et Oppidis Neocorwien', Potanecien', Paga-
nowien', Wisnycien', Rakowien', Tarnowien', Bogorien', Rymarowien' et alio-
rum Jurisdictioni eidem Szydłowien' siue Synagoga subiectorum. Chęni-
nien' itidem suo et Judæorum in Civitate eadem, tum Oppidis Koniecpo-
le, Opoczno, Przedborz, Radostyce et alijs Jurisdictioni sue subiectorum.
Olkuszien' suis et Judæorum tam eiusdem Oppidi, quam Oppidorum O-
swiecim et Będziny Jurisdictionis Synagoga eiusdem. Pincowien' tam
eiusdem Oppidi Judæorum, quam et aliorum in Oppidis Zelow, Secemin

existentiū

existentium Synagogarum ibidem et Jurisdictioni eidem subiectarum. Nodzistawien
 suo et totius Communitatis Iudeorum ibidem manentium. Wisnicen suo
 et totius Communitatis Oppidi eiusdem Iudeorum ibidem existentium, pro quo-
 rum quidem Iudeorum omnium et singulorum seu Communitatum eorum, tam
 in Ciuitatibus et Oppidis superius expressis, quam et in Oppido Stobnica,
 adiacentysq' eius Jurisdictioni Iudeorum Oppidi praetacti spectant, tum
 etiam in Ciuitatibus, Oppidis, Villis hic non nominatis, sed ad Jurisdictionem
 eorum, modo quouis respectiue ad quamlibet Synagogam pertinen', qua Com-
 munitates licet hic non specificantur, pro specificatis tamen et expressis
